

B. N. L.

PERSIUS
SATIRARUM OPUS

MEDIOLANI

1484



81.^a

4
one
303

92

1

He paradiſo do meu mosteiro de S^{to} Antonio de noſſa ſra^a
da mercaria em ao d'aura para outra parte

Do tabulario

direito

Ordem a quinta parte

Volume 26

Pereira (Anexo)

BARTHOLOMEI FONTII PROHEMIUM IN PERSIVM POETAM AD LAVRENTIUM MEDICEN.

Vanq̄ Laurenti poetæ omnes: uel ad benedicendum: uel ad honeste uiuendū
 plurimum conferunt: tamen in primis legendi sunt: qui non solum iocūda
 auribus: sed utilia quoq̄ animis excolendis emoneant. Nam cum per se poeti
 ca delectatio mollis sit nisi grauioribus rebus fulcra ad uitam recte degendā
 profiteos profecto diligere: colereq̄ debemus: a quibus ad uirtutem uehemen
 ti^{us} inflammemur. Siquis enim adhuc rudis uatibus ociosis incumbat: ipse quo
 que eorum consimilis ad mollitudinem quandam traducitur. Eum uero qui grauem uiri
 lemq̄ lectionem prosequitur: uitæ probitas: honestas: integritas comitatur. Quare cum tene
 ræ mentes nequid turpe i senectutem resideat: honestissima quæque doceri debeant: eum mi
 hi uatem interpretandum putauit: qui uitæ mortalium auctoritate doctrina consilio non de
 esset. Verum enim uero si quis ex omni numero poetarū qui hoc sancte: integreq̄ præstaret le
 gendus esset: quem Persio præferemus: non haberemus. Nam & magna in utilissimis rebus
 quas persuadere nititur: probandi uis: & res ipsæ electæ: atq̄ excultæ: & bene translata & co
 hærentia rebus uerba & figurarum sententiarumque non parua copia passim in eius erudi
 to uolumine reperitur. Hunc igitur quom̄ & morum sanctitate refulgeat: & lectorem ad be
 ne uiuendum instituat: quanto cōgratius potui explanauit. Qua qd̄ in re si diuersæ a doctis q̄
 busdam uiris hac nostra ætate poetæ interpretatibus uberiore copia usus uidebor: iustis de
 causis id feci. Ut enim Lysippus quanquam artificium maius erat in uultu & capite: quam
 in Alexandri humeris effingendis: non minus tamen in his: q̄ in capite laborauit: sic ego in
 omnibus: uel mediocribus locis elaborauit. Deinde cum discensium copia magna sit: erudito
 rum uero mira paucitas: fatius fore duxi: pluribus consulendum quam paucioribus obsequē
 dum. Nam ut habentur latores legum: qui populo uniuerso prospexerint: cariores ita scrip
 tores rerum: qui plurimis prouiderint: gratiores. Postremo utriq̄ prospiciendo tali tempe
 ramento: ni fallimur: usi sum^{us}: ut & discens plurima quæ libenter accipiant: et docti plera
 que inueniant: quæ legant non sine aliqua uoluptate: neq̄ uero consilium fuit eorum no
 mina: unde aliquid sumpserim occultare: cum quod ingrati pusilliq̄ est animi eos regere:
 a quibus ad multarum rerum scientiam informetur: tum quod nouo scriptori maior fides
 & auctoritas queritur si magnorum atque optimorum auctorum testimonio nititur: Qui
 bus equidem probatissimis: rationibusque certissimis fretus si communi discensium utilita
 te commotus: a quorundam interdum opinione dissensero: ueniam mihi dari ab illis postu
 to. Non enim inuidia dissentioneque animorum: sed contrarietate opinionum sententiam
 meam apposui: qua in re quanquam uereor: ne cui forsitan satis sit ad opiniones contrarias
 comprobandas: quod afferuntur ab his: qui satis auctoritatis adepti sunt: tamen si ea remota
 res omnis cum rebus lectores conferent cognoscent non omnia condonanda esse opinioni.
 Cæterum hoc unico artificioso uolumine exponendo licet plus multo fuerit oneris q̄ hono
 ris: quod gloria nūq̄ par iterpretē atq̄ auctore cōsequitur: ga tū nō lpe laudis: sed ut tibi gra
 rificarer ad interpretandū accessi: satis si tibi fecero nō paruam laudē me cōsecutū putabo
 Nam cum tu hæreditario iure & reipublicæ nostræ decus: & fratrorū omnium præsidium cer
 tum sis: me tibi uero laudatissimo placuisse: non ultima laus uidebitur. In tua uero libera
 lissima: beneficentissimæq̄ natura cum iam pridem spem omnem posueri: ut re potius quā
 uerbis animum tibi meum significem: hos ad te commentarios persianos meæ in te fidei at
 q̄ obseruantia testes mitto. Mox: ut spero: fauente te: qui ut potes: ita etiam cupis adiuuare
 quamplurimos: & ad maiora animum excitabo: & cum plurimum facultas dabitur amplio
 ri te munere cumulabo.

2
Ec fonte labra prolui cabalino. Quo maiore animi libertate alios deinde corrigere:
seipsum in primis corripit: quod festinanter nimium poeta prodierit. Non sine cau-
sa uero suum opus metro iambico inchoauit. Eiusmodi enim carmen icitatum ac
uehemens repræhensionem plurimum conuenit. Eius inuentor archilocus: ex sex iam
bis primū instituit. Sed paulatim in cunctis sedibus: secunda & quarta exceptis: spondeū recepit:

AVLI FLACCI PERSII POETAE
SATIRARVM OPVS.

E FONTE LABRA PROLVI

CABALLINO.

Nec in bicipiti somniasse parnaſo
Memini me. ut sic repente poeta prodirem.
Heliconiadasque pallidamque pirenem

In prima tamen sede quandoque ana-
pestum pro spondeo. Et in secunda
tribachum pro iambo: ea ratione Per-
sius posuit. Quod iambus cum triba-
cho: anapestus cum spondeo in tem-
pore conuenit. Fonte caballino:
non se hesiodi more poetam dicitur
factum: qui pegaseis aquis epotis e
pastore poeta euasit. Pegasus uero ca-
ballus e Medusæ gorgonis sanguine
a perseo interemptæ profiliit in heli-
conemque transuolauit: atque ubi
primum ungula terram percussit: hi
poetene fons scaturiuit. In bici-
piti parnaſo: Nec se quidem hoc in
monte somniasse alludens ad Enniū
scribit: qui somnians Homeri in se
animam penetrasse: repente uates ap-
puit. parnaſū uero: quæ Seruius in Theſſa

Ita: Tortellius aretinus in aonia Boetiæ parte ponunt. Herodoto tamen & Pomponio mella:
Straboneque ac Plinio: & aliis præterea testibus: phocidi regioni adscribitur. Quem in duo iu-
ga diſcindi: citheronem liberi: & Heliconem Apollinus: idem Seruius scribit. Tantum aucto-
rem Tortellius subsecutus propter heliconem & citheronem: uel certe: propter cyrrham & ny-
ſam: parnaſum bicipitem uocat. Contra tamen eorundem locorum situs: & antiquorum au-
thoritas reperitur. Parnaſus enim in phocide regione: Citheron atque Helicon in Boetia mō-
tes diſiuncti sunt: ita ut helicon procul a parnaſo circiter quindecim paſſuum milia: cithe-
ron uero triginta locatus ſit. Cyrrham quoque ac nyſam urbes in parnaſi iugis ſuiſſe uetere
nemo ſcribit. Cyrrha enim ſub cirphin rupem parnaſi in radicibus montis in planicie mare
uerſus locata eſt. Nyſa uero non in parnaſo: ſed in felici arabia ſita eſt. In qua cum Bacchus
nutritus eſſet: in eius memoriam ipſe poſtea aliam in India condidit. Apud Homerum quo-
que ſecundo iliados libro: nyſam in Boetia urbem eſſe apud Plinium in Caria. apud Strabo-
nem uicum in helicone: apud ptolemæum in Ionia ac Licia urbem lego: nuſquam uero in
parnaſo eſſe comperio. Quare cum neque helicon: neque citheron iuga parnaſi ſed montes ab
illo ſeiuncti ſint: neque cyrrha neque nyſa in iugis parnaſi collocatæ ſint: bicipitem rectius
ad montis naturam ſitumque referemus: nam ut Strabo uolumine nono refert: ab aſtrali p-
te cirphin præruptam rupem cum profunda ualle: quam plurimus amnis euoluitur: parna-
ſus habet. A qua ſane diuiſione biceps cognominatur. Hic Macrobio teſte Baccho & apollini
ſacer eſt: atque ut Diodorus aſſerit idem liber pater & phœbus eſt. Heliconiadas: helicon:
ut Solinus & Plinius quarto refert: mons eſt Boetiæ iuxta Thebas: atque ut Strabo in nono me-
minit: phocidi uicinus eſt non procul a parnaſo: eique æmulus & altitudine & circuitu: qui
& ipſe Apollini quoque ſacer & muſis eſt: unde heliconiades: muſæ ſunt appellatæ: Lucreti-
us: Adde heliconiadum comites: quorum uitas Homerus. Pallidamque pirenem: ual-
lem inter duos parnaſi colles pirenem Tortellius eſſe ſcribit: ſed auctore Plinio libro quar-
to. acrocorinthi fons eſt: & ut Strabonis octauo uolumine ſcriptum eſt: haud affluentes aquas
habet. ſed potui ſuaues atque perſpicuas. Quare pallidā non ad aquæ ſed poetarum colo-
rem aſſiduo ſtudio pallentium Tortellius refert: ſed melius hunc pallorem pireni attribue-
mus. Quæ cum ex Neptuno Cenchreum: Lecheumque peperiffet: de quorum nominibus co-
rinthiaci ſinus termini uicūſque ac portus denominantur. Cenchreum prima iuuenta ex-
tinctum adeo fleuit: ut in hūc fontem ſui nominis uerteretur: unde eam pallidam appellauit



Quorū imagines lambunt hæderæ sequaces: cum hædera Baccho sacrata sit: iure illa poetæ coronabantur: qui in tutela liberi patris sunt. Imaginibus quoque uatum coronæ hederæ ponebantur. Iuue. Ut dignus uenias hederis & imagine macra. Sequaces autem dicendo ad earum naturam respexit. cum enim dictæ sint: uel quod hæreant: uel quod edita sepe rant uel quia si quibus adhaerent: edant: iure illas sequaces cognominauit. brachia enim ramosa maximeque robusta cum habeant quod semel ceperint: tenaciter sequuntur: Libero uero patri sacratæ sunt: quia sicut ille hominum mentes: ita hederæ omnia illigant: qui bus hærent. Semipaganus: In translatione uerborum manet. Nam cum in caballino fonte se dixerit labra non immeruisse fons uero a græcis pignus dicitur: unde pagus & paganus deducitur: nunc semipaganum se nominat: ut qui se non penitus in hippocrene proluerit: sed eius aquam summo tenuis ore attigerit: ac propterea nondum poeticis sacris iberibus sit. ad sacra uatum: uel ad scripta & numerum poetarum: Vel ad ædem Apollinis & musarum in qua omnium scriptorum uolumina seruabantur. Hora. Scripta palatinus quæcūque recepit Apollo. Quis expediuit psytaco suum chaere: Per psytacos picas coruos: humana uerba fame edoctos: ostendit urgente necessitate multos spe lucri compulsos tanquam poetas bonos carmina scribere. psytac? uero quædam uerba quæ accipit ita de articulata uoce pronunciat: ut sibi peculiaria uideantur: Ob quam pronuntiandi facilitatem suum chaeræ tanquā sibi fere naturale dixit: Ut apud Mar. hoc didici per me dicere Cæsar aue. Chaere: autē salue atque aue significat. Coruos quis olim concauum salutare? Quis olim docuit coruos concaue ac rauca intra fauces uoce salutem hominibus dicere. plures quidem Augusti tempore salutare eum corui edocti sunt: sed omnium celeberrimus fuit: qui Tiberio principe singulis diebus mane in rostra uolitans: primo Tiberium: deinde Germanicum & Drusum Cæsares: mox alios e populo transeuntes nominatim salutabat. Unde postea salutatoris cognomen coruus obtinuit. Martialis: Corue salutator curtu fellator haberis: Quod si dolosi: Illos redarguit: qui spe lucri adducti ineptissima carmina edere non uerentur. Dolosi nummi: denominatio est: cum ab eo quod fit id quod facit denominatur: Dolosos enim appellat nummos per quos innumeri doli fiunt: ut cum pigrum frigus: quia pigra reddit corpora: nuncupamus. Et poetridas picas A poeta poetria & poetris deriuatur. picæ uero pieri & Antippos nouem filia: ausæ cum musis de cantu ac uoce cōtendere: nymphis iudicibus superatæ: cum illis conuertiarentur: in picas a nymphis conuersæ sunt. In quibus ut ait Ouidius facundia prisca remansit. Raucaque garrulitas: studiūq; inane loquendi. Per pegaseum melos: ualde pegaseum. i. poeticum persuauem & dulcē cantum: Melos autem sicut & sophos genere neutro indeclinabiliter ponitur.

Illis relinquo: quorum imagines lambunt
Hæderæ sequaces. At ipse semipaganus
Ad sacra uatum carmen affero nostrum
Quis expediuit psytaco suum chaeræ
Picasque docuit nostra uerba conati:
Magister artis: ingenique largitor
Venter regatas artifex sequi uoces
Quod si dolosi spes refulserit nummi.
Coruos poetas: & poetridas picas
Cantare credas per pegaseum melos.

Satyræ prima.

Curas hominum o quātū est i reb? iane
Quis leget hæc? min tu istud ais? nēo hercule nēo

Curas hominum o quantum est in rebus inane. Hac satyræ scriptores lenocinio uerborum plausum popularem captantes & auditores lectoresque scripta lasciuia & mollia magis quam uirilia comprobantes reprehendit: non sine quadam neronis nota: quæ scænæ studio sum fuisse constat. O curas hominum: Cum persius cuidam uelle satyræ scribere se dixisset: ille superflua eius curam: omnibusque ingrati deridens: eum interrogat: quis tam seuera & grauius scripta leget. Quidam poete in hunc attribuit consulti superfluas hominum curas inanesque cogitationes se omnino uelle reprehendere. Min tu istud ais. Respondet Persius cur se ita interroget cum utilissima scribere ordiat: Nemo hercule: affirmatio respondentis est: si talia scripserit: neminem scripta sua lecturum esse: nemo: admittatur poeta cur ille dicat a nemine hæc satyræ lectum iri: ueque contractiore fronte non sine admiratione pronuntianda dictio nemo est.

3
Vel duo uel nemo turpe & miserabile: Respondentis asseueratio: uel duos quod turpe ē uel neminem: quod miserabile hoc carmen lecturos esse. Quod sane ignominiosum scribenti est. Quare: interrogat ob quam causam a nemine uel a paucis legi turpe ac miserabile fore putet. Ne mihi polydamas: continuat Persius ab aduersario quærens tam ob hoc ignominiosum existimet: ne sibi a romanis labeo præferatur. Polydamas & troades. Ex Homero assumptum est: qui secundo & uigesimo iliados libro hectorē: si se Achillis metu intra muros receperit uerentem inducit: ne a polydamante: troianisq; redarguatur: Quod & Aristoteles in æthicis de fortitudine scribens: & Cicero ad Atticum assumpsērunt. Labeonem Tortellius pro tragedia de polydamante a labeone cōscripta legit: Quidam Homeri illud ab Accio labeone conuersam dicunt De qua paulopost. Non est hic ilias acci ebria uer atro. Et circiter Satyre finem: Nullam tibi uēdo ilia dem. Nonnulli. M. Antistium Labeonem uirum prætorium iurisq; peritum intelligunt: qui pristina li

Vel duo uel nō: turpe & miserabile: quare?
Ne mihi polydamas: & troades labeonem
Prætulerint: nuge: non siquid turbida roma
Eleuet accedas: examenq; improbum in illa
Castiges trutina: nec te quæsiueris extra:
Nā romæ ē quis: nō: ac si fas dicere: sed fas
Tunc cū ad cāciē: & nostræ istud uiuere triste

berraris memor multa in Augustum: & dixit & fecit: ob quæ insanus est habitus. Horatius primo sermonum: Labeone infanior inter sanos dicatur. Sensus autem talis est Censes ne forsitan ob id triste: miserabileque futurum: ne romani me labeone dementiorem existiment: si audebo satyram scribere in malosque inuehi: & reipublice occupatores: ut labeo fecit. Nuge: quidam respondentis hoc esse uolunt: insequentēque uersus eīdem per interrogationem attribuunt: quod interroget Persium a iudicio populū nū discedat: & num redarguere eū audeat: & nū cæterorum more ab omnibus laudari nō quærat cum præsertim nō Romæ sit: q; nō itidē faciat. Doctiores tñ cū superiori uersu cōtinuantes poetæ tribuūt. Nugas eī si labeo nē sibi romani prætulerit eē putat. Veg; asseuerāter nō sine risu distorto paululū ore legendū ē. Non si quid turbida Roma eleuet accedas. Cū corrupto populū romanū iudicio sit si aliquem extulerit: & laudarit: populari iudicio non accedas. Non enim quia laudetur a uulgo aliquis scriptor probandus est. Examenque improbum in illa castiges trutina. Falsum illud populare iudicium corrige examen enī hoc in loco iudicii inuestigatio atque examinatio est ab examine filo tractum: quo pondera in trutina perpenduntur. De quo Virgilius: Iuppiter ipse duas æquato examine lances sustinet. Trutina uero idem quod statera est. Vitruuius undecimo libro. id autem ex trutinis. quæ stateræ dicunt: licet cōsiderare: a qua & trutinari deducitur: ut atq; ex porrecto trutinantur uerba labello. Nec te quæsiueris extra: nec te extrinsecus & ex alieno iudicio æstimēs. Nam Rome est quis: aposioposis figura est in qua quid taceatur incertum est: aut longiori sermone explicandum: nam uel iudicio recto: uel qui non male uiuat: uel qui non se extra quærat uel eiusmodi aliquid subiungendum est. Non: ob per se separatim legetur. Respondentis enim indignatio non sine acrimonia frontis est admirantis simul & stomachantis a Persio dici: neminem recto iudicio Romæ esse: Quod si superiora a cōtradiciente prolata per interrogationem sumpserimus: hanc negationem poetæ dabimus: respondēti se extrinsecus nolle quærare. Ac si fas dicere: Vt cūq; superiora legantur: respondentis hæc aduersarii uerba sunt. Derugata enim fronte perinde inquit o persi dicis corrupto iudicio omnis esse maleque uiuentes: ac si ita loqui licitum sit: Sed fas: respondet poeta fas esse ita sentire ac loqui. Tūc cū ad caniciem cū de prauatam corruptamq; uitam etiam in senioribus uideat satyram se scribere uelle significat. Nostrum si istud uiuere triste: figura locutionis est: cum in finito uerbo p appellatione sit usus. Nostram enim uitam intelligi uult.

Ac nucibus facimus quæcūque relictis: Et cum aspicio quemadmodum uiri facti in pueri-
lia uitia labimur: atq; a sceleribus non cessamus. Catamiti autem pueri: quibus licet ab-
rebat antiquitas: a turpi obsequio recedentes: pueritiæ ludum nuces spargebant: quo se pue-
rilia cuncta spernere demonstrabant. Catullus: Da nuces pueris iners concubine: Satis diu lu-
fisti nucibus: Tabet iam seruire talassio. Cum sapimus patruos: Adolescentibus corrigen-

dis seueriores patrui: quā patres sunt
Parentes enim indulgentiores in libe-
ros natura facit. Ob hoc patruis edu-
candi pueri tradebantur: quoniam &
seuere eos corripent: & propter san-
guinis propinquitatem amore etiam
non carerent. Horatius: Metuentes
patruæ uerba linguæ. Tunc tunc
ignoscite. Si satyram scripsero subau-
diendum est: Nolo: quid faciam:
Dubitatio est: Ambigit enim utrum
de duobus potius eligat: an scribat sa-
tyram: an omitat. Sed sum petulā-
ti splene cachinno: Statuit tandem
satyram scribere: cum non possit ua-
nitates & ineptias hominum nō ride-
re. Est autem hoc gestu quodam libe-
rali: cum iactatione utriusque man-

& cum decora capitis agitatione pronuntiandum: quo melius deliberantis affectio exprima-
tur. Splen uero græce. latine lyenis & lyen dicitur. Et ut Cornelius celsus de medicina uolumi-
ne quarto refert. sinistra in parte locatus est: intestino inuexus: natura mollis & rarus longitu-
dinis: crassitudinisque modice. Eius uero magnitudo: ut Pli. undecimo libro scribit: risum &
intemperantiam soci facit: Iure igitur satyram descripturus se esse dicit splene petulanti ca-
chinno. id est splene qui risu luxuriet & abundet. Cachinnus enim effusior risus est: reprehensionique admixtus: Scribimus inclusi: Hactenus tanquam operis propositio & describen-
dæ satyræ deliberatio quædam fuit. Nunc uero narrationem ingreditur: primum inuehens
in scriptores sua opera publice recitantes: & plausum popularem aucupantes. Verum quo ma-
gis reprehendere eos possit: in eorum numero se reponit. Includi autem dixit: uel quod secre-
tis in locis a strepitu ac turba remotis scribitur. Vel ut eos reprehendat: qui ut diligentius at-
que accuratius scribere putarentur: secretiora loca quærebant. De quibus Horati⁹ Secreta pe-
tit loca: balea uitat. Numeros ille: Carmina certis numeris: pedibusque finita. Pede li-
ber: Prosaicam orationem intelligit: quæ licet numeros: concentusque suos & ipse habeat:
non tamen pedibus iisdem quibus lex carminis circumscribitur. Grande aliquid: quod
pulmo animæ prælargus anhelet. Ostendit ampullosum aliquid turgidumque describere:
quod postea magna cum anhelatione pronunciet. Pulmo autem: ut Celsus in quarto scri-
bit: spongiosus: ideoque spiritus capax est: & a tergo spinæ iunctus in duas fibras unguæ bu-
bulæ modo diuiditur. Sed eo cum respiremus: quod & spongiosus & fistulis inanibus cauus
est: iure eum prælargum animæ: id est spiritus capacem atque abundantem appellat.

Scilicet hic populo pexus. Qui aliquid mollius turgidiusque conscripserit cum bene
comptus atque ornatus molliter ac lasciuè scripta sua pronuntiabit: uidebis nedum uul-
gares ac uiles homines: sed uiros etiam militares ac nobiles tanta libidine affici: ut eam ge-
stu & uoce significant. Natalitia sardonycæ: Qua diebus natalibus uterentur. Fuit enim i ma-
gna quondam estimatione Polycratis famii tyranni a nullo maxime celebrata. Quin circiter
ducentessimum atque trigessimum annum romanæ urbis est interfectus. Apud romanos autē
superior africanus primus sardonycæ usus fertur. Hec sola prope gemarum cæram in si-
gno non aufert: & ob hoc initio in annullis placuit. Coloris est in candido cærulei cum qua-
dam specie purpuræ: ita ut transire in minium uideatur. In india uero et arabia et ar-
menia nascitur. Sed deterior armeniaca: Hæc & sardonycus dicitur. Iuuenalis: Gemmas pri-
ceps sardonicus. Albus. Pavidus. Hora. in sermonib⁹: Pinguem uitiiis: album quæ neq; ostrea
Nec scaurus aut pōt peregrina iuuare lagonis. Hic autē & uitiiis & recitationis metu pauebat

Aspexi: & nucibus facimus quæcūq; relictis
Cū sapimus patruos: tūc tūc ignoscite: nolo.
Quid faciā: sed sū petulāti splene cachinno.
Scribimus inclusi nūeros ille: hic pede liber
Grāde aliqd qd pulmo aiæ prælargus anhelet
Scilicet hæc populo pexusque togaq; recēti
Et natalicia tādē cū sardonycæ albus:

patruus

magnitudo
splene

ingredere
operibus

4
Liquido cum plasmate: Ad fauces molliendas: uocemque suauiter emittendam nonnulli guttur emplastro colluebant: quod plasma a palato graeco uerbo quod fingo componoque significat appellabant. Ex pluribus enim liquidioribus rebus commixtis uocemque adiuantibus miscebatur. Quam sane pronuntiationem his uerbis: Quintilia. libro primo institutio num redarguit. Sit autem in primis lectio uirilis & cum suauitate quadam grauis & non quidem prosae similis: quia carmen est: & se poetae canere testantur non tamen in canticum dissoluta nec plasma te: ut nunc a plerisque fit effeminata. Guttur mobile: ad gestum pronuntiationis mobile retulit. Nunc enim in dextram nunc in sinistram partem guttur inflectitur: modo etiam pro rerum de quibus loquimur diuersitate atque natura: uel deprimatur: uel attollitur. Patranti fractus oculo: Hic multa oris suauitate magnaue gestus lasciuia & uenera oculorum motatione uersus pronuntians: ipso quoque molliori obtutu ad libidinem auditores quodammodo excitabat. Qui uero uenerem peragunt: oculis contremiscunt. Iuue. Oculosque in fine tremantes. Cum autem eiusmodi rem perficiunt: id patrare latini di-

Sede legens celsa liquido cum plasmate guttur
Mobile colluerit patranti fractus oculo:
Hic neque more probo uideas: nec uoce serena
Ingentes trepidare titos: cum carmina libum.
Intrant: & tremulo scalpuntur ut in tima uersu.
Tum uerulae auriculis alienis colligis escas
Auriculis: quibus & dicas cute perditus ohe
Quid didicisse: nisi hoc fermentum: & quae semel
Innata est rupto iecore exierit caprificus? it?

cunt. Patratum enim Plutarcho auctore in prolemaibus: finitum quiddam ac determinatum significat. Vnde & patres patratos dici putant: quod ad patrandum: hoc est ad peragendum iuramentum: ubi de foederibus conuenerat: mitterent. Trepidare: tremulo gestu & plausu lasciuiam demonstrare: cum tali pronuntiatione ac gestu & obtutu facile ad libidinem mouerentur. Titos: titorum praenomen: ut Festus ait: a titulis oritur. Tituli uero milites appellati sunt: quod fortiter patriam tutarentur. Cum carmina lumbum intrant: cum eiusmodi recitantium molles affectus lumbos penetrarent: prurigne uenera tangebantur. Ad uates ei lumborum uergit extremitas: in quibus libidinis sedes est: Vir. in priapeis. Crissabit tibi fluctuante lumbo. Tum uerulae: eum reprehendit: quod tali scriptorum suorum recitatione uulgi fauorem captare: populorum placere: & ab eo laudari studeat. Auriculis quibus: Non interrogantis est: sed uehementi admirantis: quasi non purgatis auribus & indoctis. Cute perditus: inflationem animi summo artificio cutis tumoris ac senectutis coniunxit. Ohe: ridentis in teriectio est. Nam respondentis loquitur uerbis: quibus reprehenderetur: quod scripta sua populo recitaret eiusque fauorem: plausumque captaret: haec non sine laetitia quadam monitorem ridens respondet. Quid didicisse: per detractionem: ut Quintilianus in nono refert: si gurae multae fiunt: quarum una est: cum subtractum uerbum aliquid satis ex caeteris intelligitur. Quale est in buccolicis apud Virgilium: Nouimus & qui te. Decenter enim pudoris gratia suprauerit: sustulit. Hoc item in loco Persius breuitatis causa: iuuat: subtraxit: ut sit. Quid iuuat didicisse: Hanc figuram eclipsim a grammaticis appellari perspicio. Que fit necessariae dictionis defectu ad integrum sensum percipiendum. Ex respondentis uero persona loquitur: nil forte utile didicisse: nisi quae didicerimus: ostendamus. Nisi hoc fermentum a feruendo dictum fermentum est: quoniam feruifacium farinae immixtum optimum panem facit. Quemadmodum uero fermentum ui sua farinam disrumpens feruorem suum emittit: sic scientia & doctrina in humano pectore inclusa: exire ac suas ostendere uires cupit.

Rupto iecore exierit caprificus: Ut parietes ac sepulchra caprificus penetrat ac disrumpit: sic in eo qui doctrinam intus conceperit: doctrina illa sicut caprificus penetrare. ac iecore tanquam muro disrumpit exire nititur. Verum in fermento & caprifico translatio color est quam ex alia re propter similitudinem fermentum & caprificus ad rerum cognitionem: ac scientiam transferuntur: lecur autem a nostris: epar a graecis appellatur ut celsus in quarto scribit: dextra in parte sub praecordiis ab ipso septo ortum: intrinsecus gibbum est: quod prominens leuiter uentriculo insidet: & in quattuor fibras diuiditur. Caprificus uero e siluestri genere ficus est: nullo unquam tempore maturescens: sed oia in quibus nascitur loca ui sua penetrat

En pallor seniumq; o mores: Suo loco & tpe exclamatiōe utif cum significatiōe indignationis atq; doloris. Eum enim indignāter reprehendit: qui cum etiam senio palleat: ira tamē alienū a bonis moribus se ostendat ut scientiam: quæ non aliis innotescat: nihil possidenti profuturam existimet. Scire tuum nihil est: nisi te scire hoc sciat alter: Figura locutionis utitur: quam regressionem Quintilianus appellat. Fit autem quib; in eodem sensu: quando q; etiam i diuerso cum eadem uerba ponuntur. Interdum etiam uerborum iteratione mutata. At pulchrum est: Superiori interrogationi respondet aduersarius: pulchrum esse prætereūrium digito demonstrari. Et dicier Paragoge figura est: cum ad finem dictionis littera uel syllaba apponitur. Dicier enim pro dici legitur. Ten cirratorum. Interrogat an parui estimet a multis celebrari. Cirri uero capitis crines & cotorti capilli sūt. Vn de cirrati pueri qui in cirris utuntur eiusmodi nominantur. Ecce inter pocula. Persii uerba sunt eorum consuetudinem reprehendentis: qui scripta sua recitaturi familiares & notos ad cœnam conuocabant: quo postea sibi magis applauderetur. Ostendit autem beneficiis obnoxios beneque saturatos non rectū de poetis iudicium ferre posse. Et ianthina lena iacinthinam uestem ab iacinto puero ab Apolline dilecto atque ab eo per imprudentiam interfecto & in purpureum florē sui nominis uerso: in quem & Ajax quoq; conuersus est cognominari fere ab omnibus uideo. Verum non ianthina sed ianthina a uiolæ colore quali uiolacea legendum est. Ion. n. uiolam. anthos florem significat. Quod plinius primo & xx. libro de uiolis scribens his uerbis ostendit. Ex iis uero quæ sponte apricis & maris locis proueniunt purpureæ latiore folio statim ab radice carnosa exeunt: solæque græco nomine ab cæteris discernuntur appellatæ: ita ut ab his ianthina uestis. Cum itaque Plinius ianthinam uestem a uiola appellatam dicat ianthina uero uiola sit: nemo debet ambigere nequaquam ab iacinto cognominari. Licet enim iacinthus flos sit purpureus: ut apud Virgilium: Suaue rubens iacinthus: iter uiolas tamen neque a ueteribus neque a nostris herbariis numeratur. Nam nec foliis nec caule nec radice uiolæ est ulla in parte consimilis: flore autem omnino dissimilimus. Est enim flore lilio par nisi tantum colore distaret. De quo ita scribit Ouidius Tiroq; nitentior ostro Flos oritur formaq; capit quam lilia: si non Purpurens color his argenteus esset in illis. Quare cum iacinthus uiola non sit: Plinius autem a uiola uestem cognominatam scribat: uerisimilius fit mihi antiquiores librarios iacinthinam pro ianthina nominis deceptos similitudine inuertisse. Mart. quidem libro secundo ianthinam non iancinthinam uestem scribit Coccina famosæ donas & ianthina mœchæ: Vis dare quæ meruit munera mitte togam. Quoniam uero ianthina prima syllaba breui legitur: eorūdem quoq; uitio factum est: ut cum & ianthina scriptum in psianis codicibus inuenirent: ignari cur & copula cum ianthina iungeretur: iacinti in purpureum florem cōuersi memores aliquantulum primis litteris imutatis iacinthina ipsi describerent. Et uero per etiam ad maiorem ignominiam recitantis non sine summo artificio poeta posuit. Nam cum circa humeros & ianthina lena hoc est etiam purpurea uestis sit: maiorem profecto reprehensionem meretur quam si necessitate & inopia urgeretur. Quod ita esse non modo colore sed etiam habitu uestis ostendit. Lena enim Seruio ac Festo auctoribus uestis gen⁹ est habitus duplicis & amictus auguralis. Qua non solum domi: sed & militiæ utebāt. Nam sup cætera uestimenta Marcellus teste imponebatur: Virgilius eam Aenæe tribuit: Tuiusq; ardebat murice lena Demissa ex humeris. Iuuenalis quoq; non humili uiro dedit: Cauet hunc quem coccina lena Vitari iubet: & comitum longissimus ordo. Reliquum est: ut sine iacinti nam uestem ab iacinto flore purpureo: ut iam prope usus obtinuit: nominem⁹: Siue ianthinam a purpurea uiola: ut scribit Plinius: appellemus nihil ad poete sensum pertinere sciamus. Legentes hæc pro suo arbitrio iudicabunt. Cæterum quis hic sit: cui lena purpurea erat circa humeros ignoratur. Quidam Neronem intelligunt: quem & carmina scriptitasse & poemata decantasse constat. Nonnulli generaliter dictum esse in omnes scripta sua recitantes existimant. Ab habitu quidem uestis & audientium assentatione uir non ignobilis demonstratur.

En pallor: seniumq; o mores usq; adeo ne
Scire tuū nihil ē: nisi te scire hoc sciat alter.
At pulchrū ē digito mōstrari. & dicier hic ē
Ten cirratorum centum dictata fuisse
Pro nihilo pendas: ecce iter pocula quærūt
Romulidæ saturi quid dia poemata narrēt.
Hic aliq; cui circa hūeros & ianthina lena ē

Rancidulum quidam: Translatio a sapore ad uerba est. Rancidulum enim non integri saporis & uetustate corruptum est. Balba de nare: in pronunciantis arrisionem hoc posuit spiritus enim ad nares cum labitur: & in uerba difficulter conciditur: & pronunciationem ingratam reddit. Phyllidas: hysipylas phylis Ligurgi thracix: Hysipyle thoantis leni regum filix fuerunt miserabiles in amore: phylis in Demophoontem hysipyle in Iasonem

Rancidulum quidam balba de nare locutus
Phyllidas hysipylas: uatú: & plorabile siquid
Eliquat: & tenero supplantat uerba palato.
Assensere uiri: num nunc cinis ille poetæ
Felix: num leuior cippus nunc imprimi. ossa?
Laudant conuiuæ: nunc non e manibus illis
Nunc non e tumelo: fortunataque fraulla
Nascentur uiolæ: rides: ait & nimis uncis
Naribus indulges: an erit, qui uelle recuset
Os populi meruisse: & cedro digna locutus
Lingere: nec scobros metuétia carmía: nec tus.
Quisquis es modo quæ ex aduerso dicere feci
Non ego cum scribo si forte quid aptius exit
Quando hæc rara auis è: si quid tamé apti? exit
Laudari metuá: neq; eni mihi cornua fibra è.

Tullio auctore fit: cum continenter ab uno atque eodem uerbo in rebus similibus & diuer-
tis principia sumuntur: cuiusmodi apud Virgilium. Num si geis accumbere campis. Num
capu potuere capi: num incensa cremaui Troia uiros: Num leuior cippus: terra coaggerata
in cumulum cippus est: & pro sepulchro interdum capitur. Horatius in sermonibus. Mille
pedes in fonte: trecentos cippus in agrum hic dabat. Rides ait: respondentis loquitur uerbis
Et nimis uncis naribus indulges: nimis irrides: nasum enim in rugas crispamus cū quem
piam irridemus. Horatius: naso suspendis acuto. Os populi: sermonem ac laudē quæ quia
non nisi ore fieri potest: id quod facit: pro eo quod fit denominauit. Et cedro digna: elegā
tia & perpetuo seruari digna. Cedrus enim arbor tineam nescit: & non facile uetustate corrū
pitur. Sombros marini pisces scombri sunt: quibus in aquis sulphureus color est: extra
aquas uero idem: qui cæteris atque ut Stabro uolumine tertio, auctor est ex his garum opti
mum: hoc salsamenti genus est: conditor: quo liquore: ut scribit Plinius: nullus pene præter
unguenta maiore in precio esse cœpit tãta uero scombroz multitudo in freto hispão: est ut i
sula ad carthaginem nouam spectans: ab eaque urbe ad quattuor & uiginti stadia distans: a
scombri sit scombria nuncupata. Quisquis es o modo respondet Persius n̄ se uerã laudem:
quæ ex recte scriptis oriatur: reuere: sed plausus assentatorum contemneret. Si forte quid
aptius exit: si quid apte concineque descripserim: quod raro paucisque contingit: tunc lau
dem meritam non recusò hoc aut loco conduplicatio est ratione amplificationis facta plu
rium uerborum iteratione. Neque enim mihi cornea fibra: non ita dura præcordia mihi
sunt: ut laudis amore non afficiar. Fibrae uero q̄q; & iecoris & cordis & cuiusque uisceris ex
tremæ partes: & uenarum quoque prætenues quidam meatus per quos sudor emanat sunt
n̄ etiã quib; arborib; tribuunt. Plin. de arborū sationib; solū ait legi oportere q̄ maxie rosū:
ne sol exurat fibras q̄ uero laudis spiritu n̄ afflât: corneas q̄ si præduras: fibras h̄re dicuntur

Eliquat: liquida mollique uoce
pronunciat Tenero palato: In transla
tione uerborum manet. Supra enim
dixerat liquido cū plasmate guttur
mobile colluerit. Nunc uero eliqua
re & tenerum palatum ob eiusmodi
causam dicit. Supplantat uerba: Mol
li uoce pronūciare ac quodammodo
de industria extremis syllabis uerba
inculcare eorum est: qui auditores ad
libidinem excitare cupiunt. Nam cū
leuiter uox infrigitur: sonus ipse ma
nat iocundior. De consimili pronun
ciatione. Iuue. ait: Vox blanda & ne
quam digitos habet. hunc tamen pro
nunciãdi modum Quintilianus pri
mo institutionū his uerbis reprehen
dit. In primis uitia si qua sunt oris
emender: ut expressa sint uerba: ut
suis quæquæ litteræ sonis enunciē
tur & paulopost: curabit etiam ne ex
tremæ syllabæ intercidant: ut par si
bi sermo sit. Assensere uiri: quan
uis auditores assenserint: non tamen
propterea bonum ac probandum poe
tam esse significat. Num nunc in
dictione non repetitio color est: quæ

lapis qui s̄p̄
chro susp̄mpo

1. f. lora
sit spec
genere

Sed recti finē: sed recuso tuum hoc euge & belle & assentationes eiusmodi finem & extremum recti quasi ueram laudem esse: quæ in tali applausu non consistit. Nam belle hoc excute totum. Hoc totum belle exteriori ex parte atq; excute intrinsecus uitiatum & uanū est. Bellum autem deriuatiuum a bono est. Quid non itus habet? Assentatio enim multū uitiorum & uanitatis intrinsecus habet. Nam ut de gnatone parmense apud Terentium ait:

Assentator homines prorsus ex hominibus stultis insanos facit. Non ē hic ilias acci ebria ueratro. hic nihil simile insanis scriptis Accii reperitur. Sunt qui hunc Accium ieruditū poetam autumant. Homeri iliadam latinis uersibus transfulisse: quam ita male conuerterit: ut ne ipse quidem opus suum intellexerit: ac propterea helleboro se purgauerit: Quidam Accium tragicædiarum scriptorem intelligunt: Cuius librum infra quoque uenosum scribit. Sed quisquis fuerit eius opus tanquam insanum ueratro: quod & helleborum dicitur ebrium esse significat. Elegidia: Elegidium ab elegia diminutiuum ducitur. Crudi proceres: Crudum contrarium cocto dicimus: Sed cum de stomacho loquimur: non quod in

coctum assumptum sit: sed quod stomachus non bene concoxerit crudum intelligimus. In uenalis. Crudum rauonem in balnæa portas. Hoc uero a stomacho ad indigestum carnem Persius rettulit. Lectis in citreis: Vel quod in tabellis citreis hoc est ex citro arbore factis atque se lectis describitur. Vel quoniam antiquiores poetæ parietes cubiculi incærabant: ut si qua noctu intra lectum carmina excogitassent illic stillo facile annotarent. Horatius. Imme ritusque laborat Iratis natus paries diis atque poetis. Citrifane arbor non multum crescit & folia habet maiora quam laurus. In atlante autem monte plurima nascitur. De ea martialis: Et maurisiaci pondera cara citri. Calidum scis ponere sumen: Et cœnam dare: Et lacernam uestem donare scis tua carmina laudaturis. Sumen uero porcarum mamma salita est. Scis comitem horridulum: Pro trementi horridum ponit: quoniam frigus horrorem solet inducere. Virgilius: Campique natantes lenibus horrescunt flabris. Lacerna trita: Lacerna genus uestis est. Iuuenalis: Crispinus tyrias humero reuocante lacernas: Vnde lacernatus: lacerna indutus deducitur: ut apud eundem poetam: Ipse lacernatæ dum se iactaret amicæ. Qui pote: Quomodo possibile est Nam hic & hec potis & hoc pote dicitur: Vnde comparatiuum potior: & superlatiuum potissimus: Et aduerbia potius & potissime deriuantur. Dicit autem quo pacto uerum narrari ab auditoribus tibi uis: quos beneficiis obligaris.

Vis dicam: Vis ne: ut tibi uerum & quod sentio: eloquar. Nugaris cum tibi calua pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Nugas loqueris ac prope infantis talia carmina describendo: cum ingenio rudi & pingui sis: Nam quod uentris est ad animum atque ingenium non sine causa rettulit. Vt enim Plinius undecimo libro scribit. minus solertes sunt: quibus obesissimus uenter est. De diogene autem mutuatus est: qui ut apud Laertium legitur in Anaximenum iocatus inquit. Pingui aqualiculo rhetorem impartire: & nobis pauperibus uentrem quippe & ipse leuigaberis: & nobis emolumento eris. Aqualiculus uero aluus est: in quâ sordes confluunt: qui & si proprie porcorum est: quandoque tamen de homine reperitur. Propenso sesquipede Extenso ac porrecto: Sesquipes autem unum pedem: & semis continet. Sesqui enim semis significat. Varro de re rustica libro primo. Annus est diuisus in quattuor partes torus: Et idem subtilius sesquimenses in octo. Sesquimensis itaque mensum unum & semis complectitur: cum annus in duodecim menses partitus sit.

Sed recti finemque extremūque esse recuso
Euge tuum & belle: nā belle hoc excute totū
Quid non intus habet? non hic est ilias acci.
Ebria ueratro: non si qua eligidia crudi
Dicarunt proceres: nō quicquid dēiq; lectis
Scribitur in citreis calidā scis ponere sumē.
Scis comitem horridulū trita dōare lacerna:
Et ueꝛ iquis amo uerum mihi dicite de me
Qui pote: uis dicam? nugaris cum tibi calua
Pinguis aqualicul? ppenso sesquipede extet.

O Iane a tergo: Eiusmodi popularis auræ cupidos a tergo postea irrideri significat. I anum autem propterea inuocat: quod cum bifrons pingatur: a tergo nequeat irrideri. Nulla ciconia: extremis digitis in rostris formam collectis crebra manus & brachii motatione ciconiæ collum & caput exprimitur in ei⁹ infamiam quem ridemus. Pinfis: pinso uerbum antiquū est. Nam autem malorum usus frumenta in pilis pinsebant. Vnde & pinsores dicti sunt: qui postea pistores cognominati. Nec manus auriculas imitata est mobilis albas. Applicatis expasarum manuū ad tempora pollicibus crebro palmarum motu asini aures non sine risu representantur in eius ludibrium: quem a tergo irrideam⁹. Quod a mīdæ auribus tractum est. Nec lingua tantum. Linguam in aliquem exerta re irrisiōis est signum. Siritat canis appula quātum. Canis per æstum de fatigata multum linguæ exerrat in appulia præsertim: ubi calores immēsi sunt. Vnde eam siticulosam horatius appellauit. Vos o patricius sanguis. Meliores hortatur & quorum scripta diuturniora futura sint: ne plausu & adulationibus capiantur: quo tales irrisiōes effugiant. Occipiti cæco: Occiput & occipitiū posterior capitis est pars: Quam iure cæcā cum oculis carea: appellauit. Po

O Iane a tergo quē nulla ciconia pinfit:
Nec manus auriculas imitata est mobilis albas
Nec linguæ quantum siritat canis appula tātū
Vos o patricius sanguis: quos uiuere fas ē.
Occipiti cæco posticæ occurrite sannæ.
Quis populi sermo ē? quid ei nisi carminā molli
Nūc demū numero effluere: ut p læue seueros
Effundat iunctura unguis: scit tēdere uersum
Non secus ac si oculo rubricam dirigat uno.
Siue opus in mores: i luxū & prædia regum
Dicere res grandes nostro dat musa poetæ
Ecce modo heroas sensus afferre uidemus

sticæ occurrite sannæ euitate irrisiōem: quæ ab occipitiō distorto ore & labris contractis sit anteriorum dentium ostentatiōne. Quo uocabulo: & Iuuenalis est usus. I. nunc & dubita qua sorbeat æra sãna Tullia. Hinc sannones ridiculi homines. in dictisq; fatui appellantur. Cicerō ad Papirium salis enim satis est: sannionium parum. Sannatores quoque eos qui benigne irrident: nuncupamus. Desannate etiam per fastidium deridere significat. Posticæ sannæ: postica dicuntur: quæ post nos sunt: sicut antica quæ ante: Vnde posticum hostium: in posteriore parte ædium situm dicitur. Horatius. Postico falle clientem quis populi sermo est. Veritoli scriptoris interrogatio quid de se populus colloquatur. Quis enim respondentis assēratio. Enim autem ornatus & merri causa posuit. Vir quam pius Aeneas tibi enim tibi maxima iuno maclat. Molli numero fluere. Nunc tandem elaborata: perfecta que ad amissum carmina esse. Ut per læue seueros effundat iunctura unguis. Translatio ab is est: qui unguib⁹ lapidum coherentem iuncturam probant. Marmorarii enim iuncturas marmorum tunc absolutas existimant: cum unguis superductus nihil offendit. Hinc ad unguem facta esse dicimus: quæ absolutissima esse putari uolumus. Per læue: Leuigatum & planum. Læue enim cū prima syllaba per ae diphthongum effertur: nitidum & perpolitum: sine diphthongo uero prima breui: minime ponderosum significat. Oculorum rubricam dirigat uno: Lignarii fabri lapidumq; sectores rubricata linea opus dirigunt uno quoque oculo clauso eius rectitudinē metiuntur ne uago amborum oculorum discursu norma rectitudinis conturbetur. Rubrica uero pluribus nascitur locis: rubraque est & minio proxima colore. palma lemnia dabatur. Fabris uero utilissima ægyptia & africana. In mores in luxum in prædia regum. quidam mores pro comædia: luxum pro satyra regum prædia pro tragœdia ponunt. In his sane uerbis cæsa oratione sine copula interuallis distinctis articulus exornatio est. Ecce modo heroas sensus: Ecce demonstrandi aduerbium est: atque ut Asconius pedianus in Verrem scribit: in rebus improuisis Ciceronis proprium est: quod non sine diligenti cura Virgilius quotiens opus fuit sibi desumpsit: & hoc quoque in loco summa cum arte Persius posuit. Ineptos enim atq; ineruditos poetas non expectato ac quasi de improuiso repræhendit. Qui cum lucum describere: aut raris commoda laudare: quæ quidem parua sunt: nesciant: maxima tamen aggredi non erubescant.

Nugari solitos:græce uel græcorum more nugas inferere:uel græce describere.Quod Ho-
ratius quoq; in sermonibus carpit:ia Quirino se monitum dicens:ne græcorum cæteruas im-
plere uelit. Nec ponere lucum artifices: nec qui artificiose aliquem describere lu cum sci-
ant:ponere enim scribere est.Lucus uero a contrario nomen traxit:quia opaca adumbratio
parum luceat.Rus saturum:fertile ac copiosum:quodq; saturare colentes possit. Et fumo
sa palilia fœno.Pales dea pabulorum
est: cui pastoralia sacra palilia quæ
& parilia nuncupantur: ad lupos at
endos morbosque a pecore depellen-
dos a pastoribus in agris fiebant un-
decimo calend.maii: quo die Romu-
lus urbem fundauit:Fumosa uero di-
xit:quod stipulæ ac fœni manipulos
pastores incederent unde fumi inges
copia emanabat.Tibullus: Ille leuis
stipulæ solemnîs potus acruos accê-
det:flammas transilietque sacras.Vn-
de remus:ex quo rure Remus & Qui-
tius prouenerunt.Parechastis autem:
hoc est egressio quædam in ruris ho-
norem est:quæ cum suo loco pōitur

Nugari solitos græce:^{tenet} nec ponere lucum.^{hinc motu}
Artifices:^{tenet} nec rus saturū laudare ubi corbes
Et focus & porci:& fumosa palilia fœno
Vnde remus sulcoque terens dētalia quīnti
Quē trepida âte boues dictaturā iduit uxor
Et tua aratra domum ^{liber} lictor tulit.euge poeta
Est nunc ^{liber} brisei quem uenosus liber acci

ornatum maximum confert: sed raras aptasq; interferere conuenit. Sulcoq; terens denta-
lia quinti: ad L. Quintium cincinnatum dictatorem dictum missi legati: nudum eum aran-
temque inuenerunt: sed dictaturæ insignibus sumptis uolscos: sabinoq; domuit: deque iis
triumphauit: Sexodecimo autem die dictatura deposita ad agriculturam reuertit. Denta-
lia: dentale lignum est: in quod uomer immittitur. Virgilius Duplici aptantur dentalia dor-
so. Dictaturam induit: magistratum pro ueste: quam dictaturam ineuntes assumunt: po-
nit. Dictator autem ut Varroni placet appellatus est quod a consule diceretur: eiusque dicto
audientes omnes essent Lictor: Lictores Romulus primus instituit: a ligandoq; appellauit: hi
carnificis officio fungentes: uirgarum fasciculum cum securi ligatum portabant: magistrat^o
que præbant: ac quotiens iussi erant fascem soluentes: primo uirgis reum cædebant: mox
securi feriebant. Linius de Bruti filiorum eade: Missiq; lictores ad tumendum supplicium
nudatos uirgis cædunt: securique ferunt. Euge poeta: Ironice cum irrisione clara uoce
pronunciandum est. Ridet enim quod cum leuia ignoret: heroicis sensus attingit. Est nunc
brisei quem uenosus liber acci. eos nunc repræhændit: qui antiquitatis præcupidi: meliori-
bus grauioribusque omiſſis Accium Pacuumq; regebant. dupliciter autem hunc locum a
peritioribus legi uideo. Quidam in laudem Accii uenosum librum: sanguine abundantē: gran-
diloquum atq; animosum intelligunt: ut apud Hora. Aio siq; accius oris. Briseū uero Bacchi
cum legūt: quoniā i tutela bacchi poetæ sūt: cæteri penit^o cōtra sentiunt. Briseū. n. furore isa-
niq; bacchantē: ut ministri liberi patris solent: & uenosum: eius librū tanq; male descriptum
ponūt: nam cum persius cerneret Accii & pacuii fabulas neglectis potioribus crebro legi: in-
dignatus nullā grauē atq; utilem lectionem concelebrari: non in lectores tantum sed etiam i
scriprores ipsos modeste inuehitur: alterum uenosū: uerucosum alterum esse dicens quod ob
eam causam sane fecit: ut ab eorum assidua lectione facilius homines remoueret. quod ne qd
in Persio admiretur. Hora. quoq; uetustiores poetas plæraq; nimis antiq; dureq; dicere: & lu-
tulētum: cecilium fluere: & recte nec ne crocū floresq; perabulet acci fabulā dubitare se scri-
bit. Brisei acci Byrseus ex uariis bacchi cognoiibus unum est. Quod aliqui a byrsea ciuitate
aoniæ: in qua bacchus collebatur: quidam ab antiquo uerbo bryo: quod emano: scaturioq; si-
gnificat dici uolunt: quoniam uel ex aluearibus mella uel ex uuis musta exprimere primus
docuit. Qui cum noui scriptores sint: ueritasq; in occulto lateat: ipse quoq; eam opinionem
subiciam in quam doctos plærosq; ire perspicio quidem byrseum potius quam byrseū bac-
chum cognominatum a byrsa pelle: quam in bellis induebatur: existimant ii. Nam apud Dio-
dorum quinto uolumine bacchum in preliis pardalorum pellibus usum cōstat. Byrsam aut
corum ac tergus significare ostendit Virgilius: Mercatiq; solum facti de nomine byrsam
Taurino quantum possent circundare tergo. Postea uero quam huius cognominis causā red-
didimus: nam alienum a proposito nostro uidebitur: qui ad utilitatem discendum hæc scri-
bimus: si cætera quoque bacchi cognomina apud alios passim dispersa: nos hunc in locum
breuiter redegerimus. Bacchus: ut Diodorus refert a mulieribus dictus est: quæ

illum bachantes: hoc est fures sequebantur. Ab ioue autem parète: urbeque nyfa: ubi educatus a nymphis fuit. Dionysius appellatur. Liber pater: lieusque dicitur: aut quod libertatem loquendi præster: aut quod unum: cuius inuentor fuit: a curis homines liberet: aut quod exercitum apud Indos sua sapientia liberauit. A qua lysii quoque cognomen a græcis auctore Plutarcho meruit: & si quidam alii a lyein: quod soluere significat dictum putat. Leneus uero a torculari: quo uinum exprimit: dictus est Bromius atque Pyrgenius a tonitru: qui eius in ortu contigit dicitur: Mitrophoros: quod mitra caput ligabat si quando uini potu agitata batur: est appellatus Dimitora quoque hoc est bimarem nuncupatum tradit quod ex uno patre: duabusque matribus gemini Dionysii orti sunt. Antea enim Iuppiter ex Proserpina alium Dionysium procrearat. Triumphator etiam dicitur: quod de indis omnium primus in patriam rediens triumphauit.

^{pausa} Sunt quos ^{aferra} pacuiusque: & ^{tristis} uerucosa moretur
^{tristis} Anthiopa erumnis cor ^{tristis} luctificabile ^{tristis} fulta.
^{tristis} Hos ^{tristis} monitus ^{tristis} pueris ^{tristis} patres ^{tristis} infundere ^{tristis} lippos.
^{tristis} Cū ^{tristis} uideas: ^{tristis} quæris ^{tristis} ne ^{tristis} unde ^{tristis} hæc ^{tristis} sarthago ^{tristis} loquedi
^{tristis} Venerit ^{tristis} in ^{tristis} linguas: ^{tristis} unde ^{tristis} istud ^{tristis} dedecus: ^{tristis} in quo

umphant. Bassareus a longe uestis habitu. Euchius ab iouis laudatione: uel a uoce bacchantium dictus fertur. Nyseus a nyfa urbe. Iachus ab effusione uel uini uel uocis leticiæ causa nominatur. Thyoneus a matris cognomine: quæ Thyone dicitur: nuncupatur. Venosus liber: uenarum plenus & malus a lucis geminis translatio est preciosioribus sine uenis: Plinius de carbunculis. Archelaus & in egypto circa thebas nasci tradidit: fragiles uenosas morienti car boni similes. Acci: Acci pro accii per Apocopen figuram legitur: quæ est ablatio littere uel syllabe de fine dictionis. De accio uero Eusebius de temporibus olympiade ceterima & sexagesima hæc scribit. Accius tragediarum scriptor agnoscitur natus mancino & Serano consulis parentibus libertinis: & seni iam Pacuio tarenti sua scripta recitauit. Aquo & fundus accianus iuxta pisarum dicitur: quia illuc ex urbe inter colonos fuerat deductus. Sunt quos pacuius. Idem auctor olympiade sexta & quinquagesima supra centesimam de pacu uio hæc refert. Pacuius brundisius tragediarum scriptor clarus habetur. Ennii poeta ex filia nepos: uixitque romæ quoad picturam exercuit ac fabulas uenditauit. Deinde tarentum transgressus prope non agenarius diem obiit. Verucosa antiopa: si in laudem pacuii referemus: uerucosam pro aspera: laboriosaque sumemus. Si uero: quod plures consentiunt: contra pacuium exponemus: uerucosam hoc non est apposite descriptam intelligemus. Sicut. n. ueruca corpus: ita inæqualitas stilum deturpat. Veruca autem caruncula eminens in corpore est sine pruritu: cuius sanguis fricatione alias quoque contractu creat. De ea. Qu. Serenus Interdum existit turpi ueruca papilla. Et mox: Si rupta immensos fundit ueruca cruores. Locum etiam in monte editiorem atque excelsiorem uerucam antiqui nominauerunt. Pacuius & uerucosa antiopa. Endiadis hoc loco figura est: quæ fit quotiens uera res diuiditur in duas conjunctione: que tamen in unum soluuntur conjunctione detracta. antiopam enim pacuii intelligit. Ut apud Virgilium. Pateris libamus & auro: pro aureis pateris. Anthiopa erumnis cor luctificabile fulta. Lycus thebarum rex Anthiopam Nyctei lesbii regis filiam uxorem duxit. Quam ab ioue in satyri formam conuerso grauidam factam repudiavit: Dirceque nouam coniugem superduxit. Hæc uerita ne lycus quandoque se reconciliaret Anthiopæ eam graui seruitio pressit: atque in uinculis tenuit: sed instante partus tempore: regalibus manicis ruptus: in citheronem effugit: illicque Zetum & Amphionem sustulit. Qui primum a pastore quodam educati: longo postea interuallo a matre recogniti: cunctaque edocti in eius ultionem & lycum interfecerunt: & thebano regno occupato Dirce tauro indomito alligatam a deo usque fontem extra thebanâ moenia distraxerunt: qui ab ea dirce cognominata. Hos pueris monitus cum parentes uideas scriptis antiquorum tragicis ac mollibus delectari: filiosque talia etiam edocere: mirandum non est hanc parum uirilem atque eneruam loquendi consuetudinem increuisse. Patres lippos: oculorum uitium ad animi perspicaciam transulit. Lipptudo enim morbus oculorum est mouens insipienti fastidium. Hæc sarthago loquendi. Sarthaginem: quæ latine frixorium dicitur: quia crepitum confusum in fictu emittit per corrupto ac deprauato loquendi more accepit.

Trossulus læuis, Eques cultus & nitidus. Trossulos enim equites antiquitas: ut Festus meminit appellauit: quod sine peditum auxilio tuscorum oppidum trossullum expugnarunt. Quod & Plinius tertio & trigesimo libro his uerbis plane significat. Quinetiam ipsum equitum nomen sæpe uariatum est: in iis quoque qui ad equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo appellati sunt: deinde flexumines: postea trossuli: cum oppidum in tuscis citra uulsinios hoc nomine passuum nouem milia sine ullo adiumento peditum coepissent. Exultat: Gestit & applaudit. Pet sub sellia a sedendo sedes ac sella dicta est. Hinc subsellium: quod non plane erat sella: sicut subsiperem non plane sapere dicitur. Sunt autem proprie a scono auctore subsellia triumuirorum tribunorum: quaestorum & huiusmodi minora iudicia exercentium: qui non in sellis curulibus nec tribunaliibus sed in subselliis consistebant. Recitaturi autem poemata auditoribus subsellia sternebant. Iuuenalis, de statio: sed cum fregit subsellia uersu. Nil ne pudet: Senex cum sis: in qua ætate prudentia maior in esse debet: nonne pudet huiusmodi assentationibus delectari. Pericula: quæ ex tali assentatoria laude: quæ in sanire prope nos facit oriuntur.

Quin tepidum hoc optes audire decenter. Quin uehementer laudari: tibi que applaudi desideres: & ingenti uoluptate afficiaris: cum audis assentatores scripta tua: que tepida sunt decenter ac bene composita prædicantes. Tepidum: Quæ iuste descripta sunt: iure tepida nuncupantur: cum in calore sanguinis: ingenii uis consistat. Fur es ait pedio: ornatu: lasciuique uerborum atque arte orationis tantum romanos teneri dicit: ut non solum in poematibus sed etiam in causis peragendis eiusmodi mollitudine abutantur. Pone autem aliquem furti pedium accusantem. Pedius: quid: Qua defensione se pedius tueatur: cum in ius uenit ostendit. Crimina rasis librat in antithetis. Cum obiecta crimina debeat ualidis rationibus confutare quoniam permagna reo uincendi spes in confutatione locata est: eius loco figuris elocutionis abutitur: atque in re læui: furoque orationis occupatus: uires ac neruos causæ prætermittit. Antitheton uero figura Quintiliano auctore contra positum uel contentio dicitur cum singula singulis: uel bina binis opponuntur. Rasis autem pro politis & elimatis tanquam pilo carentibus posuit. Librare uero a libra tractum æstimare: perpèdere que significat. Bellum hoc bellum est: o tu qui tam lasciuia scripta laudas: dicisque hoc bellum & hoc bellum est: es ne tam perditis moribus hæc ut probes. An romulæ cæues: Romulo pro romanis ponit: qui eundem: quem colunt: imitari deberent tanquam uero de uirilitate Romuli dubitaret: an Romulæ cæues inquit: Moris enim romanorum scriptorum fuit cum in quem piam inueherentur: romulum inuocare Catullus cinæde romulæ hæc uidebis & feres: Cæuere autem cinædorum est leniter & oscene clunes dum subagitantur: mouentium Men moueat. Similitudo est apte concinere posita. Ait enim. Si reum uidero tali uerborum artificioso lenocinio se tuentem perinde ad misericordiam commouebor: ac si naufragum casum suum in tabula depictum circumferentem: cantare audirem. Cui sic cantanti: cum plorare debeat: se assentaturum negat. Quod dicto illud horatianum ostendit: illi in primis dolendum esse: qui sui misereri alios uelit. Cum fracta te in trabe pictum ex humero portes: Mos erat eorum: qui maris periculum euasissent: depictum naufragium in tabella appensa humeris circumferre ut infortunio cognito ab inspectantibus naufragiumque miserantibus stuporem sibi aliquam compararent. Fracta in trabe: in aliquo fractæ nauis fragmento. Verum nec nocte parum plorabit. Verum & ex corde: ex alioque dolebit & se sine talibus dicendi figuris tuebitur quæ me uolet ad sui misericordiam commouere. Sed in ueris decor est: Cum Persi eiusmodi sermone lasciuiæ & molliæ præhèdisset ruderet aduersari decoris: quo uetere carebat: tali scribendi stilo quæ situm esse

Trossulus exultat tibi per subsellia læuis
 Nil ne pudet capiti non posse pericula cano
 Pellere: qui tepidum hoc optes audire deceter
 Fur es ait pedio pedius quid: carmina rasis
 Librat in antithetis: doctas posuisse figuras
 Laudatur: bellum hoc: bellum est: an romulæ cæues
 Me moueat quippe: & cætet si naufragus assent
 Protulerim: cantas cum fracta te in trabe pictum
 Ex humero portes uerum nec nocte paratum
 Plorabit: qui me uolet incuruasse querela:
 Sed numeris decor est: & iunctura addita crudis

8

Claudere sic didicit uersum berecynthius athis. Auctoritatem poetarum sui seculi affert qui sic uersus componere consueverunt: ut ostendat non reprehensibilem: sed laudem illos mereri: qui cum lepore ac uenere scribunt. Atin uero quidam proprium nomen poetæ dicunt. De quo martialis ad Classicum. Nec distat mihi luculentus aris. Nonnulli confictum nomen pro euitato ac molli poeta ponunt: cuiusmodi frigijs a cybele dilectus fuisse dicitur. Pe-

Claudere sic didicit uersum berecynthi? athis
Et qui cæruleum dirimebat nereia delphin
Sic costam longo subduximus apenino
Arma uirum nō ne hoc spūosū & cortice pingui
Vt ramale uetus prægrandi subere coctum:
Quid nam igitur tenerū & laxa ceruicē legēdū
Torua mimalloneis implerunt cornua bombis

ritiores quidam non proprium aut ef-
fictum poetæ nomē sed fabulam ip-
sam de|ati conscriptam intelligunt.
Cæterum berecintus mons & urbs in
phrygia est Quo in loco mater deorū
Cybele: quæ atim dilexerat: coleba-
tur unde & ipse quoque aris berecyn-
tius nominatur. Delphin: delphini fa-
bulam pelago illudentis: ac uel Ariō
nem metinneum: uel quempiam ali-
um deuehentis: ab aliquo eius ætatis
poeta descriptam reor. Nereum uero
pro mari posuit: cum deus marinus
oceanus sit: & tethios filius. Sic co-
stā longo subduximus apœnino. Lon-
gum apœninum aliqui p exámetro
uersu legunt cui costa subducitur:

cum spondeus pro dactilo quinta in sede ponitur: uersumque antiquioris esse poetæ uolunt. Quidam uero apœninum montem pro multitudine ueterum poetarum & costam pro eorum ruditate: duritię accipiunt. Vt respondentis depulsio talis sit. Hunc nostrum scribendi morem o Persi non iure arguis quod nimis apparatus & mollis sit. Eius modi enim stilo ruditatem omnem tanquam siluosam quandam costam apœnino longo .i. multo carmini abstulimus: decoremq; ac uenustatem omni turgitate remota addidimus.

Arma uirum: Quod multam inflationem carminibus nouissimi poetæ subtraxerint ex-
plo ostendit. Dicit. n. Nonne tibi o Persi: ut cæterorum omittam: uel maronianum opus infla-
tum turgidumq; uidetur. Uegrandi subere & si scio prægrandi subere scriptur. in omni-
bus fere exemplaribus præterquam admodum paucis reperiri: ut ego tamen uegrandi poti-
quam prægrandi legendum putarim: Porphirion grammaticus me admonuit. Is in sermões
Horatii super Vepallida lecto desiliat mulier sic scribit. Quidam putauerūt uepallidā nūc
unam partem orationis esse. Vt uegrandi subere coctum ait Persius flaccus præterea cum
suber auctore Plinio uolumine sextodecimo arbor minima inter glandiferas sic: iure eā Per-
sius uegrandem. i. paruam minutamq; respectu aliarum arborum glandem ferentium appel-
lauit. Uegrandem uero male grandem & paruam significare apertum est. ue enim syllabā
rei parue ueteres præponebant. Vnde ueiouem. paruam iouem: & uegrandem fabam: minu-
tam fabam uocabant: In eadem significationem Aufonius secundo epigramaton libro ait.
Hic sæpe falsus messibus uegrandibus. Varro quoq; secundo de re rustica idem probat de
foetura ouiu sic scribens. Quoq; postea cōcipiūt: fiunt uegrandes atq; ibecillæ. Quare cū inter
glandiferas minima suber sit: uegrandis uero paruam significet: si prægrandi legeretur: ef-
feret cum contra arboris quantitatem: tum porphirionis doctissimi atq; diligentissimi uiri au-
thoritatem. Sunt tamen qui Porphirionis testimonio ducti: cum uegrandi legendum assen-
tiantur per multum & ualde grandi accipiunt: quidam prægrandi potius legi uolunt. Cum
antiquum: multi enim temporis aliquid coctum dicitur. unde recocti homines ipso usu &
frequentia & longitudine temporis cautiores exercitioresq; facti cognominantur. Hor. in
sermo. Plerunq; recoctus Scriba ex quinq; uiro coruum deludet hiantē. Quid nam igitur te-
nerum: Si stillus uirgilianus turgidus & iflatus uidetur tibi: respōdet persius: quidna graue
& ornātū putandū ē Et laxa ceruicē: libera ac remissa ceruicē: & quæ p qualitate carminis
inflectatur. Torua mimalloneis. Et si quidā hæc persi uerba putāt cū indignatione iter
rogātis: an hæc talia carmina sint. quæ laxa ceruicē legātur: satius tamen ē ut ea respondēti
aduersario tribuamus Cū enī poeta iterrogarit: qd laxa ceruicē: legendū esset ex quo Virgi-
liū nō probaret: respondet ille hæc carmina quæ subiūgit eiusmodi esse: ut iocunde ac flexi-
biliter legi possit. quæ sane carmina uel alicuius poetæ contēporanei uel Neronis principis
sunt: quæ cōstat auctore Suetonio uersus notissimos cōscripsisse. Hos aut maxie uersus poe-
ta posuit i eorū reprehensionē: qui grādiore sonū captantes: rerum sensus nequaquā aduertūt.

Mimaloneis bombis. Mimalones bachæ mulieres sunt cornua in orgiis ferentes : eaque spiritu inflantes: Cognominantur uero ut plures autumant: a mima môte ionia: de quo pli. libro quinto & Strabo quartodecimo referunt. In ionia enim iuxta lebebum: quæ urbs non procul amimante locata est: artificum liberi patris conuentus est: & ionum habitatio usque in helespontum: in qua solemnia & certamina libero patri quot annis celebrantur. Verum qui de ex doctioribus a mimume græco uerbo quod imitor significat: mimalones dictas aiunt quod liberum patrem imitarentur: & ad eius imitationem cornua ferrent. Vnde etiam Caspandram Lycophrō clari mimalonē appellat: quod i claro: ubi apollinis responsa dabantur: artem uaticinandi ab eo docta i uaticiniis illum imitaretur. Torua cornua: Ad sonatium toruitatem respexit. Toruū aut a tauris tractum ē: cum quadā cum truculentia irati respectant Cornua uero inflexa erant a curuo aere: quod ea curuarentur cognominata. Inde cornicen: ut a tuba: tubicen deriuatur. In orgiis autem propterea cornibus utebantur: quod bacchus illis in capite usus sit. Ei uero cornua dedit antiquitas: uel quod homines nimio uino: cuius ipse inuentor fuerit: truces fiant: Vel ut Diodoro placet: quod primus tauros iugo submisserit: atque arare terras docuerit. Vitulo caput ablatura superbo bassaris. Pentheus Echionis filius thebæ rex liberi patris numē contēnens: ira dei ab Agauē mēre: reliq̄sque thyadib⁹ uirulum eū esse credentibus discerpt⁹ ē. Bassarides aut bacchæ sūt a bassareo appellatæ. Bassareus uero unum & cognominibus bacchi ē. Hora. Nō ego te cādide bassareu iurum quatiā a genere autem uestis: quā induebatur auctore Porphirione bassareus dicitur. Ea sane uestis ad pedes fluebat. Stati⁹. Si decem aurata bacchū uestigia palla Vrere. A bassara uero loco Lydia cognitata est: ut noui quidā scriptores lris mādaure. Et lyncē menas flexura. Atygrī b⁹ lyncibusq̄ bacchi currus trahebat. Stati⁹. Effrenæ dextra leuaq̄ sequūf lynces: & udamero labunt. retinacula tygres. Baccha uero mulier in liberi patris mysteriis lyncē ad dei currū positā tanq̄ auriga deflectebat. Lynx qdē: ut Pli. locis plurib⁹ auctor ē: binos utrinq̄ digitos habet linguāque serpentium similē in magnā longitudinem porrigit: grandibusque unguis ceu graculus est: circūagiturque collum in aduersū se. Peregrina ē auis & clarissime cernit atq̄ in æthiopia nascit. Menas: Menades a mānōme græco uerbo: quod furor significat: appellatæ: ut Diodorus in qnto scribit bacchæ mulieres sūt libere patrē semp secutæ. Corymbis: Corymbi acini hederæ sunt: quibus bacchus coronabatur. Tibullus: Sed uarii flore: & frōs redimita corymbis. Euchion ingeminat: Ut acro scribit ex eu: quod bonū significat: & hios filiū eu chi⁹ cōponitur. Ait. n. bacchū in leonē cōuersū: primū deorū omniū illi gāteo in prælio affuisse: rhœtūque interfecisse Ex quo facto eū Iuppiter ita laudauit euchiaē. i. bone fili. Porphiriō aut a uoce bacchantiū dictum refert. Nā hæc uox in bacchi sacris itatabat. Obi quod ingeminarij euchion dixit. Reparabilis echo Quæ ipsa rep cussione uocis: ut i cōuallib⁹ & concameratis locis audimus: reparatur. Natura enim locorū euenit & plerumque conualliu: ut acceptæ uoces numerosiore repcussu multiplicentur. Nomēque echo eius modi uoci a græcis datum ē: ut Pli. sexto & trigesimo libro scribit Hæc fieret. Indignaretur cū acrimonia uultus & ceruicis agitatōe: uoceque clariore legendū ē. Ait enī Perfi⁹. Si qd in nobis utilitatis patriæ supesset: nequaq̄ scripta eiusmōi pbaremus. Hoc de lūbe natat in labris. Hæc mollia & eneruia sepe legimus: crebroque i ore hēm⁹: Genitalis aut seminis sedes i lūbis ē. Vū a sacris lris lūbos ut præcingam⁹: admonemur. De lūbe uero hoiem effœmi natū & mollē ob nīmiā uenerē dicim⁹. Hinc de lumbe carmen p lasciuo: minimeque uiri li trāfferit. Et in udo ē mēas & arhis. De menade atque athi uer sus crebro legūt. In translatione autem uerborū manet. Nam cum saliuā ac natatē posuerit: nunc merito udu addidit Vocis enim inter udu est: quæ per udā arteriæ ac faucium uiam labit. Virg. de Almōe Hælit enim sub gutture uuln⁹ & udæ Vocis iter. Nec pluteū cædit. nec demorfos sapit ungues. Neque accurate neque apposite scriptū ē. Ex Horatio uero trāstulit. q in sermonib⁹ ait: Et i uersu faciēdo Sæpe caput scaberet uiuos & roderet ungues. Stylus aut tard⁹ pot⁹ ac

Et sectum uitulo caput ablatura superbo
 Bassaris: & lincem menas flexura corimbis
 Euchion ingeminat reparabilis assonat æcho
 Hæc fierent si testiculi uena ulla paterni
 Viueret in nobis summa de lumbe saliuā.
 Hoc natat i labris: & i udo est menas & arhis

diligens:quam celer & languidus eē debet. Nam quod bene scribitur satis celeriter scribitur Qui uero moram stillo iudiciumque apponunt in ipso lima labore irati iterdum & caput scabunt & pluteos cedunt & extremos ungues morficant. Quæ tamen coram aliis fieri non decet. Nam ut scribit Quintilianus. ridicula sunt: nisi cum soli sumus. Nec pluteū cedit: plutei proprie crates e corio crudo intentæ sunt: quæ militibus opus faciētibz: ne ab hosti

bus lædi possent opponebant. Postea uero etiā tabulæ quibus aliquid præ sepiretur: eodem nomine dictæ sunt Hinc librorum & tabularum: signo rumque repositoria: plutei appellantur. Iuue. & iubet archetypos pluteū seruare cleantas. Sed quid opus tenebras mordaci radere uero aurículas interrogat aduersarius quid causæ sit cur alios reprehendendo odium i se cōtrahit. Ad monet autem ex eiusmōdi scriptis: mortis ei periculū imminere. Magna uero in his uerbis ē uis nam & mordax uerum eē & non tangere: sed radere aures: atque eas tenebras dixit: utpote quæ celerit' reprehensionem admittat propterea que uehe

**Nec pluteum cedit: nec demorsos sapit ungues :
Sed quid opus teneras mordaci radere uero
Aurículas uide sis ne maiorum tibi forte
Limina frigescant: sonat: hic de nare canina
Littera: per me equidem sint oia protinus alba
Nil moror: euge oēs etenim bene mire eritis res:
Hoc iuuat: hic inquis ueto quisquā faxit oletum
Pinge duos angues: facer est pueri locus extra
Meite discedo: secuit lucilius urbem.**

forte limina frigescant: uide si frigescere enim sibi potentiorum limina nihil est aliud quam a potentioribus frigore: hoc est morte: quæ frigus uel calor extincta inducit feriri. Totus uero hic locus ex trebattano admonitu apud Hora. sumptus est. O puer ut sis uitalis metuo: & maiorum nequis amicus frigore te feriat. Sonat hic de nare canina littera. Hac tua in satyra tanta inest mordacitas quantam irritatus canis ringendo solet ostendere. R. autem littera canibus tribuitur. Irati .n. canes restrictis dentibus. R. litteram ringendo exprimunt unde & irritare Donato auctore deductum est. Per me equidem sint omnia protinus alba: Ironice respondet persius: quātum ad me pertinet nemo nigra turpiq; uota efficietur. Nihil. n. in quempiam scribam. Euge omnes bene mire eritis res: assentientis prope ē: & quasi sponte sua congratulantis: quod bene se res habebit: si satyram non attingerit. Torum uero per ironiā cum risu legendum est: nam tacite eum ridens omnia uitia hominum se descripturum significat. Hoc iuuat: Si probe mentem tuam perspicio: quemq; non reprehendi te iuuat. Hic inquis ueto quisquā faxit oletum. Veto nequis hic uentrem exoneret. In re autem subfordida similitudo assumpta est. Ait. n. Hic uetas excrementa deponi: quasi satyrici carminis graue olentia quemq; potentiorum notari prohibes: Oletum uero ab oleo: quod in preterito: & oliui facit & oleui: unde oletum deducitur: tractum est: auctore autem Festo sterco humanum significat Veranius. Sacerdotula in sacrario fecit oletum: proprie uero pro loco: in quo meminimus atque excernimus: ponitur. Tacitus in Nerone: Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone: prebitumq; oletum equiti ac senatur. Pinge duos angues: Quoniam hic exercendum: hoc est in aliquem primatem inuehendum esse neq; censet: pinget aliquod signum quo moneat a quibus mihi sit abstinendum. Geniū uero loci per angues ostendit: nam locū nullū ueteres carere genio putauerunt. Quod per anguium pictura genio sacratorū demonstrabat. Vir. Incertus geniū ne loci: famulū ne parētis esse putet Duplex uero eorū genus ē auctore Plin. nono & uigelimo lib. Quidā. n. in aqua: nonnulli in terra uiuūt iter se fere p similes. Pulcherrimum uero anguiū genus ē qd in aqua uiuit: hydri uocant: Sed hi noxii ac nulli serpentiū inferiores ueneno. Ceteri placidi ac fere semper innocui sūt. In terrenis aut anguibz multa esse remedia credebant: uulgoque rome & i domibus pascebantur. Aesculapioq; salutis ac medicinæ deo cōsecrabāt. pueri facer ē locus: extra meite. Veteres quibus in locis oletū fieri nolebant: angues tāq loci geniū depingebant. Quo signo p spectro: inde metu pueri discedebant: p quam similitudine pollicet: si tibi ostēderit a quibus abstinendum sit: non in eos quidpiā se scriptū: sed illi hinc tāquā e loco quodā uetito discessurum. Discedo: separatim a reliquis hoc uerbum cum aliquo interuallo pronuntiandum est. quo melius persii asseueratio de sua discessione percipiatur. Secuit lucilius urbem. Cum superius nihil se scripturum promississet: uoluntate nunc imitata: cū lucilio iquit: Horatioq; licuerit quēuis aperte magna cum libertate reprehendere cur non & mihi satyram

mentius indignentur. Vide sis ne maiorum tibi tyram scripseris: ne a potentioribus occidaris. Frigescere enim sibi potentiorum limina nihil est aliud quam a potentioribus frigore: hoc est morte: quæ frigus uel calor extincta inducit feriri. Totus uero hic locus ex trebattano admonitu apud Hora. sumptus est. O puer ut sis uitalis metuo: & maiorum nequis amicus frigore te feriat. Sonat hic de nare canina littera. Hac tua in satyra tanta inest mordacitas quantam irritatus canis ringendo solet ostendere. R. autem littera canibus tribuitur. Irati .n. canes restrictis dentibus. R. litteram ringendo exprimunt unde & irritare Donato auctore deductum est. Per me equidem sint omnia protinus alba: Ironice respondet persius: quātum ad me pertinet nemo nigra turpiq; uota efficietur. Nihil. n. in quempiam scribam. Euge omnes bene mire eritis res: assentientis prope ē: & quasi sponte sua congratulantis: quod bene se res habebit: si satyram non attingerit. Torum uero per ironiā cum risu legendum est: nam tacite eum ridens omnia uitia hominum se descripturum significat. Hoc iuuat: Si probe mentem tuam perspicio: quemq; non reprehendi te iuuat. Hic inquis ueto quisquā faxit oletum. Veto nequis hic uentrem exoneret. In re autem subfordida similitudo assumpta est. Ait. n. Hic uetas excrementa deponi: quasi satyrici carminis graue olentia quemq; potentiorum notari prohibes: Oletum uero ab oleo: quod in preterito: & oliui facit & oleui: unde oletum deducitur: tractum est: auctore autem Festo sterco humanum significat Veranius. Sacerdotula in sacrario fecit oletum: proprie uero pro loco: in quo meminimus atque excernimus: ponitur. Tacitus in Nerone: Gymnasium eo anno dedicatum a Nerone: prebitumq; oletum equiti ac senatur. Pinge duos angues: Quoniam hic exercendum: hoc est in aliquem primatem inuehendum esse neq; censet: pinget aliquod signum quo moneat a quibus mihi sit abstinendum. Geniū uero loci per angues ostendit: nam locū nullū ueteres carere genio putauerunt. Quod per anguium pictura genio sacratorū demonstrabat. Vir. Incertus geniū ne loci: famulū ne parētis esse putet Duplex uero eorū genus ē auctore Plin. nono & uigelimo lib. Quidā. n. in aqua: nonnulli in terra uiuūt iter se fere p similes. Pulcherrimum uero anguiū genus ē qd in aqua uiuit: hydri uocant: Sed hi noxii ac nulli serpentiū inferiores ueneno. Ceteri placidi ac fere semper innocui sūt. In terrenis aut anguibz multa esse remedia credebant: uulgoque rome & i domibus pascebantur. Aesculapioq; salutis ac medicinæ deo cōsecrabāt. pueri facer ē locus: extra meite. Veteres quibus in locis oletū fieri nolebant: angues tāq loci geniū depingebant. Quo signo p spectro: inde metu pueri discedebant: p quam similitudine pollicet: si tibi ostēderit a quibus abstinendum sit: non in eos quidpiā se scriptū: sed illi hinc tāquā e loco quodā uetito discessurum. Discedo: separatim a reliquis hoc uerbum cum aliquo interuallo pronuntiandum est. quo melius persii asseueratio de sua discessione percipiatur. Secuit lucilius urbem. Cum superius nihil se scripturum promississet: uoluntate nunc imitata: cū lucilio iquit: Horatioq; licuerit quēuis aperte magna cum libertate reprehendere cur non & mihi satyram

scribere uel clanculum concedetur. Securit: Hoc uerbo amaritudinem acrimoniamq; Lucilii exprimit: qui non contentus paucos intra satyræ legem reprehenderet: totam urbem acri⁹ flagellari. Te lupe muti: Lucilium maiorem Pompeii magni fuisse constat. Nam pompeii auia Lucilii soror fuit. Eius nobilitatis Hora. in sermonibus meminit. Quicquid sum ego quamuis infra Lucili censum. Ex arunca uero urbe non procul a pontinis paludibus genus duxit

lupe. Per quem magnus equos arūcæ flexit alumnus. Acer autem & uiolēs poeta fuit: primusq; apud Latinos satyrā scripsit: Sed in primo eius libro ut apud Seruium legitur: dii concilium habere: & de interitu Lupi cuiusdam in repu. ducis agere inducuntur Mutium quoque præpotētē: sed malum ac noxium ciuem carmine suo perfrinxit. De lupo. Hor. Famosi que lupo cooperto uersibus. De mutio luue. Quid refert scriptis ignoscat mutius an nō. Et genuinū fregit in illis Qui alios reprehēdunt. genuinū dentem agitare: quasi contundere morfici:

lacerareque dicūf. Hiero. ad Marcāllā. In plerisq; puincis fāiliare ē. ut genuino dēte. se lacerēt. Verum quoniā ad gēuinū puentū ē: non preter rē eē uidebit: si pauca de dētib⁹ Celsū: Pliniūq; secuti scripserim⁹. Duriores osse dētes sunt: quorum ps maxillæ: ps superiori ossi malarū hāret. In hūano autem ore q̄terni ordines dētū sunt. Ex his q̄terni primi lati & acuti & quib⁹ post morsus affigit: primores a n̄sis: quia primi sūt: temici a græcis: quia secant dicūtur. p⁹ hos rotūdi aliq̄tenus & infertæ modū acuti: canini locati sunt. Qui hos loco tertio subsecuntur duplices ac cibū cōficiētes molares dēunt. luue. Interq; molares difficile crescente cibo. Vltimi omniū genuini sunt. qui sero gigni solent. Nam circiter uigesimalium annum quandoq; & octogesimalium innascuntur: Quoniam uero a genis dependeant: gēuini cogniātur. Et admissus circum præcordia ludit: Extat hominē: ut Pl. xi. li. scribit. ab inferiori uiscerum parte sepa rantur mēbranis quæ præcordia: quia cordi pretenduntur: appellant. Quamq; ut lib. xxx. idem ait præcordia uno nomine extat in homine nuncupamus. His in mēbranis præcipua est sedes hilaritatis: quod in titillatu maxime alarum intelligitur non alibi tenuiore cute humana. Ob quod maxima illic dulcedo scabendi est Cui⁹ rei Persius uī ignarus a lectoribus admissum Hor. circa præcordia ludere: & eos quasi titillare significat. Quod sane ad horatianos sales referendum est. Callidus excusso populū suspendere naso. Doctus populū reprehēder ac ridere. Nasū. n. cōtrahimus: cum aliquem deridemus. Vnde nasuti pro reprehētoribus atq; irrisoribus capiuntur. Mart. Nasut⁹ sis usq; licet: sis deniq; nasus. Callidi uero ut scribit Ci. iij. de nā deorum? libro: dicti sunt: quorum tanq; manus opere: sic animus usu concalluit. Men mutire nefas: Cum Lucilius atq; Hor. acriter & apte frprehenderit nō ne me loqui uel clāculum permissum erit. Nec cum scrobe. Scrobes fossa intra terrā manu facta est ad uineas uel arbores conferendas uel metalla & quicūq; alia fo dienda. Nusq; Respōdet aduersari⁹ nec i scrobe quidē & occulte licere ei quēq; corripere. Pos sumus & aliter ordinare: ut cum Persius dixerit. Est ne me mutire ac loqui nefas: ille rīdet at. Nec clā nec cum scrobe te in alterum loqui decet: Qua quidem phibitione Persius sub iratus quasi interrogans cum indignatiōe derugata frōte responē eam: Nusq; hoc est: non ne saltem clā & cum scrobe mutire possim: Ac deinde cum a⁹ quātulo interuallo sedata uoce subiungat. Hic tamen infodiam: hūc suū libellū significās. Vidi uidi. Cōduplicatio color est eiusdē uerbi iteratione ad maiorē affectū ai exprimēdum: magisque quod sērit in auditōe ais infigendum. Ci. p. Milōe. Erat: erit illud pfecto tempus & illucescet aliquando dies. Auriculas asini quis non hēt. Midas Gordii filius phrygie rex iter Marsiam uel ut Oui. scribit: iter panēatq; Apollinem iudex electus: ex hebeti suo igenio cum sentētiā pro marsia tulisset: apollo eum asinipis auribus deturpauit. Hæc aurium deformitas cum ceteros omnis preter tōsorē eius lateret: tōsor uero nec reticere uisum possit: nec pdere cuiq; aude retin agx secessit: scrobēq; effodit: ac capite in eam demisso tenui uocula retulit: q̄les mide aures aspexisset. n̄ multo post cū arūdi es ibi nate leui aura motarētur: eadē uerba: quæ tōsor fgi⁹ scrobe dixerat fferbāt: hoc ē. Auriculas asini Mida rex hēt. Quo pacto hūc uersū prio poeta posuit Sed postea monēte cornuto: ut nūc legis: immutauit: ne tā apte i se dictū Nero aduerteret. Ceterū mihi huiusmōi figmētum diligent⁹ pscrutāti simile ueri fit quod philo strāt⁹ li. vi. his uerbis scribit. Ipse. n. Mida satyroq; gen⁹ pūcipauit: quod ipsi⁹ aures māifestat

Te lupe te muti & genuinum fregit in illis:
Omne uaser uitium ridenti flaccus amico
Tangit: & admissus circum præcordia ludit
Callidus excusso populū suspendere naso
Men mutire nefas nec clā nec cū scrobe: nusq;
Hic tamen infodiam uidi uidi ipse libelle
Auriculas asini quis nō hābet: hoc ego optū
Hoc ridere meum: tam nil nulla tibi uendo

Satyrus igitur quendam propter affinitatem ipsi illudebat in mīdæ aures calumnias iactans nec uoce solum uerum etiam tibiis in ipsum carmina decātabat. Hoc ego opertum: hoc qđ clāculum scribo: quodq; tam parui fieri & a quoquam non lectum iri existimas: nulla actio na iliade commutarem. Audaci quicunque con temporibus: sed ab his qui graues scripto res legere assueti sint & a satyra non abhorreant: leg i

Iliadæ: audaci quicunque afflate cratyno
Iratum eupolidem prægrandi cum sene palles
Aspice & hæc si forte aliquid decocti? audis.
Inde uaporata lector mihi: ferueat aure
Non hic qui increpidas graiorū ludere gestit
Sordidus: & lusco qui possit discere lusce.
Sese aliquem credēs italo quod honore supīnus
Fregerit heminas arrecti ædilis iniquas
Nec qui abaco nūeros & secto in puluere metas

polis atque Aristopha: quem prægrā dem senē appellat: priscam comediā multa cum liberrate animi descripsere palles cum pallor legis uitiorū metu. Si forte aliquid decoctius audis modestissime de se loquitur ait enim quicunque alios satyros legisti: meū quoque hoc opus aspice: nisi forte legi idignum sit. decoctius autem pro bene concocto & apposite scripto ponit Contra superius crudos proceres quod non bene descripserint appella uit. Vnde uaporata mihi ferueat aūr unde est hoc qua mei operis lectione erubescat lector eius a me aure uapora lector: quedam uetera exempla

ria idem habent. Quomodo si legemus: non a Persio: sed ab illis antiquioribus satyris aurem uaporatam intelligemus: Vaporata aure hodie quoq; moris est: ut que acriter reprehēderim? ei aurē calefecisse dicamus non sine causa uero in prouerbium hoc uenit. Aures. n. iudicia ai sunt: & i mulieribus cōmissū adulteriū rubore produnt: Iuue. uexataq; comas & uultū aurē q; calētē. in equis ēt & omniū iumētōrū genere: ut Pli. xi. uolumine auctor. ē iudicia ai preterunt: fessis marcidæ: nutātes pauidæ: subreptæ furētibus: resolutæ ægeris sūt. Aurib? autē la dā aucta uocib? hauriēdis ipositū nomē ē: uñ Vir. uocēq; his aurib? hauri. aut qa uocē ipsam græci audin uocāt ab auditu p imitatōem lřæ aures uelut audes sūt noiāte. Increpidas gra iorū Crepidas p philo ponit: quia h? mōi calciamenti genere utebāt. Et lusco qui possit dice re lusce: & qui sine aliquo delectu lusco exprobrēt qđ nulla sua culpa cōtigerit. quod nō ni si ab ineptis fatuisq; hominibus fit. Lusci uero qđ hebetioris qđq; uisus reperiuntur pprie tamē altero capti oculo appellātur. Italo quod honore supinus existimans se iā magnum uix ēē factum ex quo ædilitatē adept? ē. Supinus uero: & si qđam p supbo legūt: p ociofo tñ & molli negligētq; ponit. Quod re ipsa tñ factū ē q. n. supini iacēt: ociose ac molliter negligē ter degūt. Seneca epistolaz ad luciliū li. vi. Est qđē mi lucili supin? & negligē q in amici me moria ab aliqua regione admonit? reducit. Iuue. Et multū referēs de mœcenatæ supino. Mœ cenas uero ēt ab Hor. mollis scribit: ut malcinus tunicis demissis ambulat. Hic & supinior i eadē significatione dductum ē: mart. nusquā dilitæ supiniores. Fregerit heinas arrecti ædi lis iniquas. Postq; e sacro mōte i urbē reuersa ē: ædiles quattuor plebis creauit: qui sacrarum priuatarūq; ædium curā haberēt. Vnde & appellationem sortiti sunt: aut quod ad eos faci lis aditus plebi esset. Hi quoq; anonæ præerant. Sed Cæsarē tēpēstate cereales etiā appellati regiones pagrabāt. mēsurarūq; & olium ad anonā ptinētium curā habebāt. I uue. & de mēsurā ius dicere: uasa minora frāgere pannosus uacuis ædilis ulubris. Hemina autem mensuræ ge nus est: qua uinum uel frumētum metiebāt: ab hemis quod semis significat appellata. Dimi diū. n. sextarii cōtinet. Agellius lib. tertio si ex sextario hemina fusa ē: sed dimidiū. Nec q a baco numeros. nec qui mathematicas artes irrideat. mathe. n. quattuor in partis diuisa est. Arithmetica: qui numeros: Geometriam que dimensiones: Musicam que sonos: Astrologi am. que cælum ac stellas complectitur: per numeros uero arithmetica ostendit. Quāquam enim abacus mēsa est: supra quam uasa & pocula reponuntur: ut Iuue. Vrceoli sex ornamen tum abaci: & Plini. libro ultimo: uasa ex auro & gemmis abacorum nouem: interdum tamen pro quadrata gypsoq; oblita tabella ponitur: in qua quoniam arithmetici numeri conscribū tur: abacus ars ipsa arithmetica nuncupatur. Et secto in puluere metas Geometriam signifi cat: cuius partes: lineæ: superficiens corpus solidum: sunt: cuiusq; officium est latitudinem: al titudinem profunditatemque omnium corporum dimetiri. Eiusmodi autem figuras geo metræ in harena maxima uel in puluere radio describebāt philostratus circiter operis finē partim libris legēdis icumbebāt: partim geometricas quasdā figuras i puluere designabant

Si cynico barbam petulans nonaria uellat. Si meretrix philosopho illudit Cynici uero Antisthenis sectatores uel a gymnasio cyno fargi: ubi Antisthenes uersabatur: cognominati sunt uel a cynos. id est a cane: quoniam essent in cauillis castigationibusque more canū mordaces. uel quod obscenitate. licentiaque sermonis arabiem quandam caninam repræsentarent. sunt tamen qui a contrario potius dictos tradant: quæ nequam ut canes adularentur: sed oratione ac gestu in delinquentes inueherent.

Petulans nonaria. Nonariæ ut fere doctiores consentiunt meretrices a romanis sunt appellatæ quod a nona hora cellam aperirent atque prostrarent. Antea enim ne rebus necessariis omissis iuuentus scortis uacaret: non licebat aperiri lupanar. His mane edictum post prandia Calliroen do: quæ uis Alcheloi filia Calliroe atque aldeo nis uxor fuerit: confictum tamen nomen pro hermione quidam legunt quæ a Paride deferta multum dicitur interpellati amoris dulce consortiū defleuisse de qua ferunt confictio nomine Atinem celerem scriptitasse. quod quidem si ira est. do inquit ut post prandia iocosa potius atque amatoria quam hanc satyram meam legant. Quidam cum Calliroe fontis cognomen sit. Nam apud Plinium & Solinum in arabia & atrica & iudea: apud Valerium flaccum & in paphlagoniam reperitur. dicunt ei modi iuris tanquam mollibus luxuriosisque dari ut post prandia nataliū indulgeant. Equidem Calliroen meretricis nomen existimo. At enim. Ab his doctrinæ ac sapientiæ derisoribus legi nullo. Quin potius illis do ut mane prætorio edicto a lupanaribus abstineant post prandia uero scortis uacare liceat. Quis sensus cum nonaria plane conuenit.

Scit rasisse uaser multum gaudere paratus
Si cynico barbam petulans nonaria uellat:
His mane edictum post prandia colliroen do:

Satyra secunda.

Vnc macrine diem nūera meliore lapillo
Qui tibi labetes appōit candidus ānos.
Funde merū genio non tu prece poscis emaci
Quæ nisi seductis nequeas committere diuis
At bona pars procerum tacita libabit acerra
Hæ cuius præptū ē: mūmurq; hūilesq; susur
Tollere de templis: & aperto uiuere uoto / ros
Mēs bōa: fāa: fides hæc clare ut audiat hospes
Illa sibi itro sū? & sub lingua imurmurat: o si
Ebuliat patruī prædarum funus. & o si

Vnc macrine diem. Impia mortalium uota carpit: qui a diis scelesti nefariique petentes: frustra in gentia offerunt munera: cum non ditia dona: sed probi mores ad templa deferri debeant. Meliore lapillo. Consuetudo felicitium: infelicitium ut dierum uersicoloribus lapillis designandorum a thracibus auctore Plinio emanauit. Eius uerba e libro septimo hic subiecti: uana mortalitas & ad conscribendam se ipsam ingeniosa computat more thraciæ gentis: quæ calculos colore distinctos pro experimento cuiusque diei in urnam condit: ac supremo die separatos dinumerat: atque ita de unoquoque pronunciat. Funde merum genio. Naturæ deus humanæ genius est cui natali die sacrificatur. Non tu prece poscis emaci: Eum laudat quod deos honesta & recta postulet. Prece emaci. Cum donis aliquid impetramus. id emisse uidemur. Qui uero preces ad superos cum muneribus fundunt: emaci prece poscere id dicuntur. Seductis diuis. significat. Tacita acerra. Ipsi taciti & uocem non attollentes: ne eorum uota nefaria deprehendantur. Acerra uero arcula est tui condendo ac seruando deseruiens: quæ ad templa: cum erat necessitas ferebatur. Virgilius. Farre pio & plena suplex ueneratur acerra.

Haud cuius promptum est. non facile cunctis est aperte superbos deprecari: quoniam iniqua uota eorum sunt. O si ebuliat. Impia iniqui hominis uota connumerat. O si autem optantis ad uerbum est. Quod cum iterum reperat: cōduplicatione uti ad maiorem affectum animi ostendendum

Sub raſtro crepet ſeria. O ſi dum terram effodio percuffa raſtro ſeria crepitum reddat. Eſt autem ſeria uas fiſtile. L. i. de ſecundo bello punico libro quarto Et in uico iſtrio, fō tem ſub terra tanta ui aquam fluxiſſe: ut ſerias doliſque: quæ in eo loco erant prouolutæ: uelut impetus torrentis tulerit: A ſeria quoque ſeriola diminutiuum exoritur: ut ſeriolæ ueterem metues deradere limum. Dextro hercule: Bono & propitio. Sic Virgilius & nos & tua

Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule pupillū ue utinā quæ proximus hæres
Impello: expingam: nam & eſt ſcabioſus: & acri
Bile tumet: nerio iam tertia ducitur uxor;
Hæc ſacte ut poſcas tyberio i gurgite mærges.
Mane caput bis terq; & nocte flumine purgas
Heus age reſponde: minimū quod ſcire laboro:
De ioue quid ſentis eſt ne ut præponere cures
Hunc cuiquā: quo nā: uis ſtaio an ſcilicet hæres
Quis potior iudex: pueriſue quis aptior orbis
Hoc igitur quod tu iouis aurem ipellere tētas

dexter adipede ſacra ſecūdo. Non ſolum autem mercurius: ſed etiam hercules lucro præeſt. Horati. in ſermōnibus. Diues amico hercule. Ob eā uero cauſā theſauris præeſt: quod intētos queſtui multos labores: icōmoda q; ſubire neceſſe eſt quemadmodum non ſine magnis difficultatibus hercules iniunctos labores exaclauit. Ex pinguiam per mortem extrudā atque amoueam. Nāque eſt ſcabioſ? oitēdit eum facile mori poſſe: quoniā bilis ſcabieque laboreſ: Scabies uero ut Celfus in quinto refert eſt durior cutis rubicunda ex qua puſtulæ oriūt: quædam humidiores quedam ſicciores. Exit ex quibuſdam ſanies: ſitque ex his continuate exulceratō pruriēs ſerpiſque quibuſdam cito: atq; i aliis quidem ex toto deſinit in aliis uero

certo tempore anni reuertitur: quo aſpior eſt: quoq; prurit magis eo difficilius tollitur. Acri bili: Bilis que a græcis cholera dicit. L. adino auctori ſecūdo de anima libro ſanguis ſpuma uideri pōt: que ita rubet: ut eſt in cādore ignis deſleſtat: corpūſq; optime nutrit. Sed hæc bōa: eſt ipſūq; ſanguinē acuit. uerū huic aduerſa & noxia: de q; Perſi? loq; duplex eſt: aut. n. bilis corrūpiſ cū alio ſe ad ſcēre hūore adulterat. Aut ipſa ſpōte a ſe degenerat: ſed cū aliis miſceſ: uel pituitæ: uel a træbili miſceſ. Si pituitatæ tunc: uel bilis tenuior eſt & colorē citro ſimilē reddi: uel eā citrinā dicūt: uel craſſior bilis eſt utellinaq; dē q; oui uel tellū representet: ſi atra bilis: tūc ita bilis aduriſ: ut rubeat a quo colore rubra cognominat. Cum uero ipſa bilis ſpōte ſua p ſe corrūpiſ aut uiridis herbaceaq; eſt: & praſſina a ſucce praſſii herbæ dē. Aut æneæ erugini. ſimilis eſt: & zinnaria a colore denominat. Zinnā. n. arabes æris eruginē uocant. Cæteræ noxia ipſa bilis: ut celfus in quarto uolumine refert: cōe ſtomachi atq; in teſtinoꝝ uitiū uideri pōt nā ſimul & deieſtio & uomitus eſt preterq; hæc que inflatio eſt in teſtina torquēſ: bilis ſu pra infraq; erūpit: primū aquæ ſimilis: deinde ut in ea recēs caro loca eēt uideat: iterdū alba nōn ūq; nigra uel uaria. Ergo eo nōie morbi hūc holerā græci nōiauerūt. Præterea uero que ſupra cōprehēſa: ſūt ſæpe eēt crura manuſq; cōtrahūt: urget ſitis: aiā deficit q; cōcurrēt? nō mirū eſt: ſi ſubito q; moriſ. Nerio iā tertia ducit uxor. Vxoris mortē exoptat: ſed nō ſine indignatione pñūciādū: quod cū Nerio iā tres uxores pierit: ſuā ſibi quā unicā habuerit ſepe lire nō liceat. Ducere uero pprie funeꝝ eſt. Vir. de apib? exoptat triftis & triftia funera ducunt Nerius aut ſcenerator apud Horatium in ſermonibus eſt: ut ſcribe decem Nerio nō eſt fatiſ

Hæc ſacte ut poſcas: Impie nouentium improbitatem oſtendit: qui nocturnas pollutōes fluuiali aqua expiantes: tali luſtratione pfecta ſe pie ac ſacte a diis poſſe aliquid expoſcere iudicabant. Heus age reſponde. in interrogatione graui & concinna ait. exiſtimās ne iouem optimū maximum maxime homine aliquo meliorem eēt. Si hæc eadem: quæ iouē rogas ab ipſo mortali homine peteres ille quantumuis impius: ad hæc uota tua nefaria iouem inuocans exclamaret: teque iniquum eſſe atq; impium iudicaret. Quanto igitur magis hoc idē facere iouē cēſedum eſt. Tu uero quia iuppiter dum ab eo hæc poſcis: neq; ad ſeipſū exclamat: neq; fulmine te domūq; tuam pcutit: eū tibi ignoſcere: tuasq; preces ac uota admittere putas. An ſcilicet heres: dubitas ne ſtaio iouem præponere. Quis potior iudex: Ironice de ſtaio hæc loquit. Tactite enim ſa tyronum moræ eum ppter auariciam non recte ſentētiā ferre: pupilloſq; ſuæ cōmiſſos ſpoliare ſignificat. Pueris orbis: pupillis qui parentibus quaſi luminib? priuari ſūt:

Proh iuppiter . Conduplicatio atq; exclamatio summa arte confecta est. Votorum enim atrocitas tanta erat ; ut omnem auditorem quanuis sceleratum & impium commo ueret. Ergo ad significationem indignationis exprimendam: iouem compellat. Ignouisse putas: temerariam confidentiam turpiter uouentis reprehendit: qui iouem sibi ignouisse pu tat: qui cum fulminat: illicem potius quam se percusserit. Sulphure sacro. Fulmine odorem sulphureum redolente. An quia non fibris ouium. An ideo iouem tibi an nuisse existimas: quia nondum ab eo fulmine ictus sis. Ergenna que iu bente Aruspicem hunc ergennam p fibras esse demonstrat oues eni & cæ tera animalia ad aram maclare: exta que inspicere aruspex solet. Triste bidental quod fulmine ictum est bide tal dicitur. Hoc expiari non poterat. Quare & triste uitandum in lucis i sepulchrum iacere dicit qui uero homi nem fluminatum atrectauisset furere a ueteribus putabatur. Hor. An tri ste bidental mouerit ictus certe fu rit. Stolidam barbam qui stolidus esset si tibi barbam uellicandam præ beret: hoc est: si ea quæ petis: concede ret. Lactibus unctis. Hæc lactis in singulari fœminino genere declinat titinius in ferensinari. Craticulum ; cerebellum cerebellum lactis agnina Auenericulo autem in oue atq; homi ne lactesicipiunt per quam labitur cibus: ut Plinius undecimo libro scri bit. Ecce auia feminarum uota p pueris suis carpit: quæ nõ probitate & uirtutem: sed opes & pulchritudi nem illis optat. Infami digito qui que digiti manus sunt: quorum cras sior & cæterisque seiunctus: seque obuium reliquis cum uult præbens tanquam rector omnium ac moderator pollicis nomen accepit: quoniam ui & potestate inter cæteros polleat. Secundo qui salutaris dicitur: ab indi cando auctore. Quin. indicis quoque nomen e inditum. Medius digitus impudicus atque in famis iure cognominatur. Cum enim longitudine pulchritudineque cæteros excellat ; alio rum tamen auxilio indigens parum ualet qua similitudine ; ueteres ducti eum hominem: qui cæteris famosior esset hoc digito ignominie causa demonstrabant. Hunc sequitur me dicus de quo Plinius libro. xxx. Muscæ impari numero infricatæ digito medico quintus: mi nimus appellatur. Idem uolumine tertio & uigesimo. Singulis primo digitis anulos gere re mos fuerat. qui sunt minimis proximi. Lustralibus saliuis ; quibus infantem expiat at que lustrat. Saliua autem a saliendo dicta est: quoniam in ore saliat atque crescat. Vren tes oculos inhibere perita ; Docta effascinationem prohibere. Virgilius. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Plinius quosdã i triballis & illyriis eẽ scribit: qui uisu effascinet interimantque quos diutius intuantur: iratis præcipue oculis: quod eorum malum facilius puberes sentiunt. Spem macram: Non quia spes petentis fœmine macra sit. sed quia uel uoto: postea non fruatur: uel quia futura omnia incerta sint. Nihil autem infantis expecta tione incertius. Nunc licini in campos: nunc crassi mittit in ædes Puero crassianas ex optat opes. Aliqui uero a crasso Licinium diuidunt ; eumque Augusti prædiuitem liber tum intelligunt: de quo Suetonius in Augusto. Multos libertorum in honore & usu maxi mo habuit ; ut Licinium enceladum alioque . Aliqui uero Licinium Crassum per endia dim legunt.

Dic age dum staio: proh iupiter o bõe clamet
 Iupiter: at sese clamet non iupiter ipse
 Ignouisse putas: quia cum tonat otius ilex
 Sulphure discutitur sacro: quã tuq; domusq;
 An quia non fibris ouiu ergennaque iubente
 Triste iaces lucis euitandæmque bidental
 Iccirco stolidam præbet tibi uellere barbam
 Iupiter: aut quidã est qua tu mercede deorũ
 Emeris auriculas pulmone & lactibus unctis
 Ecce auia aut metuens diuũ matertera cunis
 Exemit puerũ frontemque atque uida labella
 Infami digito: & lustralibus ante saliuis
 Expiat urentes oculos inhibere perita
 Tũ máib? quatit & spē macrã supplice uoto.
 Nunc licini in cãpos: nũc crassi mittit i ædes
 Hunc optent generum rex & regina puellæ
 Hunc rapiant qcquid calcauerit ut rosa fiat.
 Ast ego nutrica non mando uoti: negato

Quauis te albata rogarit. Quidam albatam expiatam & purgatam: quo magis ualeant eius uota. Quidam uero uitattam legunt. Est autem uitta fasciola tenuis: qua capillos circumligabant. Poscis opem neruis. Eorum uota commemorat: qui bonam ualitudinem atq; robur: longamq; uitam a diis poscunt: quam ipsi sibi nimis epulis & oppiparo uictu tollunt.

Rem struere exoptas. Vota ditari cupientium. Quo pessime pacto. Quo pacto uis augere diuitias cum quotidie rem imminuas muneribus mercurio largiendis. Tot iunicum omenta liquecant. Tot tauri immolentur & comburantur iuices uero tauri uitulibus grandiores: bobus que iuniores sunt a iuniori ætate cognominati. omētum uero ut Celsus in quarto refert: membrana tenuis est intestina contegens ex interiore parte leue & strictum ex superiore molli⁹. Opio fertor: copioso & abundanti sacrificio: fertū. n. sacrificii gen⁹ ē uel qđ ad sacra ferret dictū: uel qđ pluribus uariisque reb⁹ fertum esset. Nā: ut de re rustica Cato scribit: struem farris: tritici: ordeis: fabar: seminibus rapacibus: ture ac uino additis æte messem parabant in porcæ præcidanæ immolatione: ianoque ac ioui & iunoni sacrificabant. Quæ diuersarum rerū congeries: fertum nōminabatur. Ne quicquam fundo suspiret nummus in imo. Donec pecunias omnis in eiusmodi sacris absumpserit. Ne quicquam uero pro non ponitur. Virgilius: ne quicquam seros exercet noctua cantus. Alibi frustra significat. Idem in octauo. Ter saxea tentat limina nequam. suspiret uero ad gemitum & dolorem donantis rettulit: qui cum se omnia consumpsisse cerneret spe frustratus suspiraret. Si tibi crateras argenti. In eos dictum: qui deos credunt: ut homines muneribus delectari. Auro ouato. Qui triumphum ducebat albis equis quattuor laureatus uehebatur & boues immolabat. Arqui ouabat: non in curru: sed pedes paruitis in calceis myreā gestans coronam oues macrabat: unde & ouare & ouatio dicta est. Hinc quoque ouatum aurum dici nonnulli uolunt: uel ouatione uictoriæ que situm uel ingens & copiosum quantum ouationibus: comparatur peritiores quidam ouatum ouo auratum accipiunt: quoniam oui albo antea illinito æra ac marmora auri & argenti laminis decorentur: nec obstat quod ouum prima longa efferatur. Plæraq; enim deriuatiua primitiuorum naturam non seruant. Plinius quinto & trigesimo libro hoc pene uidetur innuere. Aut enim de marmoribus loquens. Ut ouatus essent numidicus ut purpura distingueretur finadicus. Fratres ahenos. Pollucem & Castorem quidam legunt Statius tamen est ut deos omnis: quibus in templo statuæ ponuntur: intelligamus. Somnia pituita purgatissima. Vera & bene purgata somnia. Omnium autem: quæ dormientes uidere nobis uidemur diuersitates quinque Macrobio teste sunt. Somnium: uisio infomnium: oraculum uisus qui a græcis phantasma dicitur. Ex his infomnium et phantasma cum falsa sint: interpretationem non indigent. Tria reliqua uates interpretantur. Et oraculum quidem est cū quis in somnis aliquid nobis denūciat. Visio uero cū id quod uidet: quod eodem modo quo apparuerat: euenit. Somnium autē proprie uocat: quod tegit figuris & uelat ambagibus non nisi interpretatione intelligendis. Pituita phlema græce: pituita latine: quod uitam petat alio auctore: ut scribit Quintilianus dicit. Est autem pituita: ut Landinus secundo de anima libro refert.

Attamen hic extis: & opimo uincere fertor. Intendit: iam crescit aget: iam crescit ouile. Iam dabitur iam iā: donec deceptus & expes. Ne quicquam fundo suspiret nummus in imo. Si tibi crateras argenti: incussa que pingui. Auro dona feram sudes: & pectore leuo. Excutias guttas: lætari præ trepidum cor. Hinc illud subit auro sacras quod ouato. Perducis facies: iam fratres inter ahenos. Somnia pituita qui purgatissima mittunt.

se omnia consumpsisse cerneret spe frustratus suspiraret. Si tibi crateras argenti. In eos dictum: qui deos credunt: ut homines muneribus delectari. Auro ouato. Qui triumphum ducebat albis equis quattuor laureatus uehebatur & boues immolabat. Arqui ouabat: non in curru: sed pedes paruitis in calceis myreā gestans coronam oues macrabat: unde & ouare & ouatio dicta est. Hinc quoque ouatum aurum dici nonnulli uolunt: uel ouatione uictoriæ que situm uel ingens & copiosum quantum ouationibus: comparatur peritiores quidam ouatum ouo auratum accipiunt: quoniam oui albo antea illinito æra ac marmora auri & argenti laminis decorentur: nec obstat quod ouum prima longa efferatur. Plæraq; enim deriuatiua primitiuorum naturam non seruant. Plinius quinto & trigesimo libro hoc pene uidetur innuere. Aut enim de marmoribus loquens. Ut ouatus essent numidicus ut purpura distingueretur finadicus. Fratres ahenos. Pollucem & Castorem quidam legunt Statius tamen est ut deos omnis: quibus in templo statuæ ponuntur: intelligamus. Somnia pituita purgatissima. Vera & bene purgata somnia. Omnium autem: quæ dormientes uidere nobis uidemur diuersitates quinque Macrobio teste sunt. Somnium: uisio infomnium: oraculum uisus qui a græcis phantasma dicitur. Ex his infomnium et phantasma cum falsa sint: interpretationem non indigent. Tria reliqua uates interpretantur. Et oraculum quidem est cū quis in somnis aliquid nobis denūciat. Visio uero cū id quod uidet: quod eodem modo quo apparuerat: euenit. Somnium autē proprie uocat: quod tegit figuris & uelat ambagibus non nisi interpretatione intelligendis. Pituita phlema græce: pituita latine: quod uitam petat alio auctore: ut scribit Quintilianus dicit. Est autem pituita: ut Landinus secundo de anima libro refert.

sanguis rudis adhuc: necdum plene decoctus: sed quæ quandoque sanguis absolutissime fieri
 possit. Ea uero autem artificiosa natura gignitur: & bona est. Aut aliquo peccato in corpo
 re surgit: ob idque adulterina iure appellari potest. Huius species quattuor sunt. Mucillagi
 nosa: quæ etiam cruda. Vitrea a colore pöderosa & uiscosa: quæ liquefacto uitro similis est
 Gypsea crassa & albicans. Vltima omnibus sicior & leuior: ob eamque acutior & gustatu fal
 sa. Cæterum ut Celsus quarto uolu
 mine auctor est: distilat humor ex ca
 pite interdum i nares: quod lene est:
 interdum etiam in pulmonem: quod
 pessimum est. Si in nares distillat te
 nuis per has pituita profluit: caput
 leuiter dolet: grauitas eius sentitur
 frequentia sternutamenta sunt. Si in
 fauces has exasperat: tussiculam mo
 uet. Si in pulmonem: præter sternu
 tamenta: & tussim: est etiam capitis
 grauita lassitudo: sitis æstus Bilosa uri
 na. Aurum uasa numæ. Numa
 pompilius Pomponii filius curibus
 fabinorū oppido ortus: romulo mor
 tuo regnum suscipiens: a belli cura
 ad religionem populum uertit: tem
 plaque multa ac sacerdotia instituit
 Quoniam uero fictilibus cum in pu
 blicis tum in priuatis ea tempestate
 romani ob paupertatem & continen
 tiam utebantur: septimum quoque
 collegium figulorum ordinauit: Lō
 go postea interuallo cum auctis opi
 bus & crescente luxuria argento at
 que auro pro fictilibus uterentur ob eam causam Mumæ fictilia e templis expulsa est ab au
 reis uasīs commemorat. Saturnia æra. Quibus saturno regnante utebantur. Aes uero apud
 antiquos in precio magno fuit. Vnde & numa collegium tertium fabrum ærariorum insti
 tuit: & inde militum æra: & ærarium tribunique ærarii & obæratī ab ære cognominantur.

O curuæ in terris animæ terrena tantum in relictis cælestibus cogitantes. Exclamans autē
 indignatur & quærit quid luxuries tanta in templis prosit. Exclamatio uero ipsa conficit si
 gnificationem indignationis atque doloris. Ex hac pulpa. Ex hac nimia luxuria nostra. Pul
 pa enim sine ossibus caro est: Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo. Ex eadem luxuria
 natum est: ut oleo casiaque commixtis unguenta conficiamus & purpur eis uestibus: unio
 nisq; utamur: atque auri & argenti metalla effodiamus. Casiam dissoluit: uirgiliana æmu
 latio est: Nec casia liquidi corrumpitur usus oliui. Casia uero: ut libro duodecimo tradit
 Plinius frutex est amplitudinis cubitorum trium i æthiopia iuxta cinnami campos nascens
 sed in montibus cassiore sarmento: tenui cute uerius quam cortice. Color triplex. Cum pri
 mum emicat candidus pedali mensura. Deinde rubescit addito semipede. Ultra nigricans.
 Hæc pars maxime laudatur: ac deinde proxima. Damnatur uero candidi. Vitiato murice:
 muricis piscis liquore lanæ in purpuream tangebantur. Hæc baccham conchæ rasisse Mar
 garitas dicit: quæ rotundæ in morem baccharū sunt: & e conchis piscibus: extrahuntur. Quo
 niam uero in concha geminæ semper sunt: neque unquam indiscete reperiuntur propte
 rea a romanis: ut scribit Plinius unio nomen illis est inditum. Et stringere uenas. Au
 rum & argentum significat: quod terræ uenis effossum tussumque lauatur: utitur & mollitu
 Peccat & hæc peccat. Sacris non initiati peccant eiusmodi luxuriæ feruentes sed ex ea tamē
 aliquam utilitatem percipiunt quia gemmis in auro: purpuraque utuntur. At uos sacerdo
 res dicite quid aurea dona i templis profint: Nempe hoc quod ueneri donatae a uirgine pu
 pæ. Ipsemet interrogatōi suæ respon dens: idem quod puellarum ludicra facere in templo
 aurum assueuerat. Est uero pupa puellula: & pupus puer paruulus. De pupa. Ausonius i bis
 sua. Barbara quæ latias uincis alumna pupas. De pupo. Varro apud Marcellum. Mammam
 lactis sugentem poscere pupum.

Præcipui sunt: sitque illis aurea barba
 Aurum uasa numæ: saturniaque impulit æra
 Vestales que urnas & tuscum fictile mutat
 O curuæ in terris anime: & cælestium inanes
 Quid iuuat hoc tēplis nostros imittere mores
 Et bonæ diis ex hac scelerata ducere pulpa
 Hæc sibi corrupto casiam dissoluit oliuo
 Hæc calabrum coxit uitiato murice uellus.
 Hæc bacchā conchæ rasisse & stringere uenas
 Feruentis massæ crudo de puluere iussit
 Peccat & hæc peccat: uitio tamē utitur: at uos
 Dicite pontifices in sancto quid facit aurum
 Nempe quod ueneri donare a uirgine puppæ

Sed a similitudine pupa quoque paruula puellaris imago dicitur. Varro in originibus. Itaque breui tempore magna pars in desiderium puparum & sigillorum ueniebat. Moris autem fuit ueterum puellarum paruula quaedam puellaria simulacra ex linteo infuere: deinde tomento infarcire: tum uestibus amicare. Has uirgines puericiam egressae Veneri: tanquam uirginitatis suae insignia condonabant: ut faustum foelixque futurum matrimonium cederet. Veneri

enim ab ioue matura uirginum aetate: nuptiarumque cura Diodoro auctore concessa est. Quin damus id superis: honestatem uitae morumque sanctitatem: non aurum aut argentum superis largiri dum hortatur. De magna lance: lances uasa lata sunt & aliquantulum concaua minus tamen excava ta quam patinae. Magni messalae lipa propago. Messalarum familia Romana clara & illustris fuit. Messalinum autem cottam praediuitem uix intelligit cuius in lyppitudinem satyrico more inuehitur: oculorum uitium ad animi auariciam referens. Hoc cedo ut admoueam templis & farre litabo. Fac ut probitatem & sanctos mores rectamque mentem ad templa feram & tunc minima quaque oblatio ne quicquid a diis petiero impetrabo quod non dantium dona: sed mentem atque animum perscrutatur: Litare autem pro priis deos propitiare ac placare uotumque impetrare significat Plautus in penulo si hercle isthuc unquam factum est tum me Iuppiter faciat: ut semper sa

Quin damus id superis de magna quod dare lae
Non possit magni messalae lipa propago
Compositum ius: fasque animi factosque recessus
Mentis: & incoctum generoso pectus honesto
Hoc cedo ut admoueam templis & farre litabo.

Satyra Tertia.

Empe hoc assidue. nam clarum matris fenestras
Intrat & angustas extendit lumine rimas.
Sertimus: indomitum quod despumare falernum
Sufficiat: quinta dum linea tangitur umbra.
En quid agis? siccas insana canicula messes
Iam dudum coquit: & patula pecus omnes sub ulmo
Vnus ait comitum: uerumne: ita ne otius adsit.

crificem: neque unquam litem.

Empe hoc assidue. In desides & incontinentes inuehitur: quid fugiendum sequendumque sit ostendens. Quendam autem adducit comitis inertiam circa bonarum artium studia reprehendentem. Ordo uero est. Nempe tu hoc assidue facis ut ad multam lucem dormias indomitum falernum. Vel aqua non dilutum. Vel tam uehemens: quod uis aqua domari possit. Virgi. Durum bacchi indomitumque falernum. Ager autem falernus in capania est uino celeberrimus. De spumare. In stomacho concoquere. Quod ab olla in qua carnes elixantur: translatum est. Quinta dum linea tangitur umbra: Antiqui per umbram gnomonis orto sole horas in semiciclo spectabant: In quo duodecim lineae aequis diuisae spatiis a gnomone discurrebant. Prima uero linea ab occidente: sole orto in primis adumbrabatur: deinde caeterae singulatim. Verum cum ad sextam lineam umbra uenerat: meridies erat. Quinta igitur linea iam prope medium declarabat. Quo tempore caniculuribus diebus pecudes umbras & frigora captant. Horologium autem primus Anaximenes milesius & umbrarum in horis diei cognoscendis rationem inuenit. En quid agis? Cum superiori castigatione correptus nondum surgeret grauius instat atque reprehendit: quod tum maxime stertat: cum magna pars lucis passa sit. En uero demonstrantis cum indignatione & castigatione est: luue. En habitum: quo te leges ac iura ferentem. Insana canicula: Furens per aestum quale apud Horatium. Iam procyon fuit. Idem enim canicula & minor canis & procyon sunt. Pli. li. viii. supra decimum. Aegypto uero procyon matutino aestuosus quod sidus apud romanos non habet nomen: nisi caniculam hanc uelimus intelligi: hoc est minorem canem. Duo uero canes in caelo sunt: maior & minor. Sed canem dicendo: maiorem intelligimus. Minor enim canis: canicula dicitur: quae quia integrum diem in ortu atque occasu canem praecedat: idem a graecis procyon appellatur pro enim antecynos uero canem significat. Ardentissimo autem aestatis tempore canicula oritur. xvii. Iulii die sole primam Leonis partem ingrediente. Canis uero postridie sole primam partem Leonis ingresso. Verumne? Verba castigati adolescentis: quod tam clarum mane sit indignantis: & aliquem feruorum ad se uocantis.

Nemon: Separatim cum stomacho acri sono uocis legendum est. Indignatur enim non praesto ex seruis aliquem accurrisse. Turgescit uitrea bilis: uel admonentis: uel Persii uerba sunt illum irasci demonstrantis. Bilis enim quaquam proprie corporis humor est: ex cuius abundantia morbus nascitur quia tamen animus quandoque corporis inclinationem sequitur: ad mores iracundiamque transfertur. Pli. li. undecimo sed in felle nigro isania causa homi

ni mosq; toto redito. hinc & i mores crimen bilis nomine: adeo magnum est in hac parte uirus: cum se fundit in animum. Finditur arcadiae pecuaria rudere dicas. Et si quaedam exemplaria findor habent quia tamen in uetustioribus finditur i tertia persona inuenitur antiquam scripturam tamquam censui magis cohaerentem secutus sum. Cum enim uel poeta uel monitor dixerit. Turgescit uitrea bilis statim finditur subiunxit: hoc est iracundia indignationeque disrumpit atq; ita in seruos ad se non accurrentes exclamat: ut eius uociferatione audita arcadicos asinos rudere existies. Rudere autem asinorum proprium est: abusu enim de leonibus. Sera sub nocte rudetum: & de homine. Includitq; cauo saxo atque insueta rudetem di

xit: Virgilius: in arcadia uero boetiae regione & apud reatinos & in italia optimi asini nascuntur. Iam liber & positus bicolor membrana capillis: membranae a membris animalium dictae sunt: in quorum tergoribus primum ab uno latere scribi coeptum: deinde ab utroque de rasillis. Earum usus pergami regnante Eumene inchoauit: uerum quaquam i membranis describitur. hic tamen pro inuolucro libri ponitur nam qui librum coeptius adornabant: membrana colore aliquo infecta peribant: quod Tibullus ad Neeram librum suum mittens significat. Lutaea sed niueum inuoluar membrana libellum. Inque manus carthae: cum librum membrana bicolori obuolutum sumpsisset: ut ex eo aliquid transcriberet cartham coepit. Cuius uel condita ab Alexandro in egypto urbe sui nominis emanauit: antea enim: ut libro tertio decimo scribit Pli. palmarum foliis scriptabatur quandoque & arborum libris: unde etiam libri sunt appellati. Interdum & in perlumbeis uoluminibus: & in linteis & in caeteris scriptum est Ex papiro autem earum confectio prima fuit: quod in palustribus locis aegypti gignitur. Nigra quod infusa uanescat sepiam lympham: quod atramentum scriptorium: quod crassum antea calamo dependebat: nunc aqua dilutum nimis fluat: conueritur. Apud ueteres autem ex atro sepiarum humore librarium atramentum fiebat Sepiae uero ut scribit Plinius in nostro mari binum cubitorum capiuntur: neque his bimatum longior uita: haec se apprehendi cum sentiunt effuso atramento quod pro sanguineis est: infusata aqua abconduntur. Pariunt autem omnibus mensibus: Fistula calamum scriptorium intelligit. O miser inque dies ultra miser. Summa arte exclamatione: conduplicacioneque utitur. Cum enim cerneret eum in dies deteriorem futurum: ex quo tam fatuam excusacionem desidia suae afferet: in hac significacionem doloris prorupit. Pappare minutum: minutis ac blandiusculis uerbis patrem appellare ut quidam sentiunt Quod si patrem uocare significat per unicum. p. scribendum est. Pappas enim pater est: cum. p. unico scribitur. Quod pater apud Homerum in odyssea. Nauficaam enim alcinoi filiam inducit patrem suum uocantem: Papa phile id est pater care. Iuuenalis.

Timidus praegustet pocula pappas: pro aliquo qui te filii loco amet. Quidam uero pappare per geminum. p. scribentes pappum: hoc est auum uocare dicunt. Pappus enim auus est: ut Festus scribit quod & ausonius ad nepotem suum ostendit pappos auiaiq; trementes ante ferunt patribus feri: noua cura nepotes. Iratus mammae lallare recusas: morem infantium expressit: qui matri irati fugere mammam renuunt: quod allare dicitur: quidam tamen lallare blandiusculis uocibus loqui infantium more legunt. mamma uero & uber & mater est.

Huc aliquis: nemon: turgescit uitrea bilis.

Finditur: arcadiae pecuaria rudere credas:

Iam liber & positus bicolor membrana capillis:

Inque manus carthae: nodosaq; uenit arundo:

Tunc quaeritur crassus calamo quod pedeatur humor:

Nigra quod infusa uanescat sepiam lympham:

Dilutas quaeritur gemiet quod fistula guttas.

O miser inque dies ultra miser: huccine rerum

Venimus: at cur non potius teneroq; palumbo

Et similis regum pueris pappare minutum

Poscis: & iratus mammae lallare recusas:

An tali studeam calamo. Excusat se adolescens tãli calamo nihil scribere posse. Cui uerba: non me ipsum: sed te decipis respondet admonitor. Sonat uitium: Optima similitudine ualis confecti a figulo usus, est in qua diligentissime uerba similitudini acomodata subiũxit. Nunc nũc properandus: dum tener & mollis es: & in quacunq; partem faciliter flecti potes. Sine fine: non quia exitus nullus futurus: sit sed sine intermissione temporis donec ad finem perducaris. Sed rure paterno.

An tali studeam calamo: cui uerba: quid istas
Succinis ambages: tibi luditur: effluis amens.
Contemnere: sonat uitium: percussa maligne
Respondet uiridi percussa fidelia limo.
Vdũ & molle lutũ es. nũc nũc pperãdus: & acri
Fingendus sine fine rota: sed rure paterno
Est tibi far modicum purum & sine labe salinũ
Quid metuis: cultrixque foci secura patella.
Hoc satis: an deceat pulmonem rũpere uentis.
Stemate quod tusco ramum millesime ducis.
Censoremque tuũ: uel quod trabeate salutas:
Ad populũ faleras: ego te intus & in cute noui.
Non pudet ad morem discincti uiuere nactæ:
Sed stupet hic uitio: & fibris increuit opimũ;
Pingue caret culpa: nescit quid perdat: & alto
Demersus summa rursus nõ bullit in unda.

Responſioni quam facere aduersari us posset: occurrit sibi studis inuigilandum: non esse quoniam diuitiã: satis haberet. Modicum far: ad mēsuram & modicum & quātum ad uendendum sufficiat. Salinũ hic pro uasculo domestico falis ponit: ut apud Horati. splendet in mensa tenui salinum: proprie autem patella est: i qua primitiã diis cum sale dabãt. Quid metuis multi enim metu: ne sibi necessaria desint maioribus opibus sepi inhiant. Secura patella: que te securum reddat. Est autē diminutiũ a patia: quo uase ad sacra ueteres utebantur. Cice. de finibus quosdam ita non religiosos esse tradit: ut etiam & patella edant. Apud Liuium quoque legitur: patres sacrorum causa patellam retinuisse. Hoc satis: ostēdit non satis esse tātum fortunarum habere quantum ad degendam uitam sufficiat: cum recte uiuendi modus & scientia querenda sit. An dece

at pulmonē rumpere uentis: an te inflare superbireq; deceat: q̄ generoso sanguine clarosq; sis. Stemate quod tusco ramum millesime ducis. Stemma græce corona est. & a nostris pro nobilitate generis ponitur. Iuuenalis. Stemmata quod faciunt quod prodest pontice longo sanguine censerit. Apud romanos autem ut scribit Plin. expressi cara uultus singulis disponebantur armariis: ut essent imagines quæ comitarentur gentilitia funera: semperque defuncto aliquo torus aderat familiæ eius qui unquam fuerat populus: stemmata uero lineis discurrebant ad imagines pictas. Censoremq; tuum uel quod trabeate salutas: uel quod trabeam insignem uestem idutus censorem gentilium tuum salutas: censes uero quoniam censum agerent appellati in quinquēniũ creabantur: quod tempus lustrum cognominatur. Primi uero censes creati sunt. C. papirius. & A. Sempronius. M. Geganius macerino. & T. quintio capitolino consulibus. Ad populũ faleras: hanc tuam generis claritatem & extrema ornamenta populo non mihi ostentes: ego. n. te intrinsecus uitiatum esse cognosco. Falerae autem ornamenta equorum sunt. Discincti nactæ: discinctos antiqui negligentes & desidiosos appellabant. Horati. discinctus ut perdam nepos contra accinctos & cincturos solertes strenuosq; uocabant quod a re ipsa deductũ est. Molles. n. demissis discinctisq; uestibus uti solent: strenui uero atque industrii: quo sint ad res exequendas promptiores succincti incedunt. Nacta uero pro desidio infamiq; ac uulgari uiro ponitur: quod quidem exhortatio sumptũ est: ungor oliuo: non quo fraudatis immundus nacta lucernis. Sed stupet hic uitio: nactam ipsũ uitiorum in gurgite mersum neq; uirtutem a uitio discernentem: ut qui penitus intemperans factus sit: culpa prope modum carere asserit quoniam quid perdat ignoret: per quod ostendit eum castigatione accerrima dignum esse: qui cum ingenio ualeat: in continentisq; tãrummodo sit: atq; emendari facile possit: opibus ac fama adhuc integris desidia luxuriamq; se dedat. Sed stupet hic uitio: stupidus & insanus in uitio factus est. stupere. n. quodammodo se sum rerũ nõ habere significat. Et fibris increuit opimum pingue: eius præcordia: in quib; propter calorem sciētia sedes locata est cũ pinguis eẽ dicat: mix i modũ insaniam ei' exaggerat. Et alto demersus: & tanq̄ in pfundam uoraginem mersus nunquam ad superiora reuertit

Magne pater diuum: deum rogat ut non alia pœna paruos afficiat: quam ut uirtutis fulgorem cernentes: illa se carere sua culpa cognoscant. An ne magis gemuerunt æra iuuenti: Cruciatu corporis minores esse tormentis animi per comparisonem ostendit. Perillus autem atheniensis æreum taurum tanta arte fabrefecit: ut igne subdito qui eius in aluo includebantur eiulans mugire putareretur. Hunc cum in siciliam ad phalaridem agrigentorum tyrannū detulisset: tali munere phalaris ob isitam opinionem crudelitate suæ turbatus est. Itaque ipsum artificem taurum trudi iussit: ut primus artis suæ periculū faceret. Et magis auratis pendēs laquearibus ensis. Da modes philosophus: cū Dionysii syracusarū tyranni: opes ac potentiam extolleret: beatamque eius uitam in tanta opulentia rerum assereret: eum ad cœnam Dionysius iuitauit gladiumque sera alligatum supra eius caput appendi iussit: quo ille inter cœnam dum conspecto præ nimio imminētis periculi metu regalibus mēsis abstinuit: quod aduersus Dionysium: illi tyrannos identidem atque iter magnificos apparatus imminentibus periculis cruciari affirmauit: Laquearibus aureis: laquearia parua quædam connexitates contignationibus testudinibusque ædificiorum sūt quæ uariis coloribus adornantur. Vir. Pēdēt lychni laquearibus aureis. Imus imus præcipites: Ordo talis & sensus est. An magis affligitur qui: crudelissime tyrannis torquetur: quam qui cōscientia scelerum agitur ad seipsum intra se loquitur: Imus: imus præcipites nulla salutis spe? An magis a tyrannis tortus cruciatus: quam ille qui infelix ac miser intus conscientia eorum scelerum palleat: quæ fidissimæ uxori narrare non audeat. Quibus uerbis ostēdit animi tormenta omnis cruciatus corporis superare: Sæpe oculos memini: se quoque dum puer erat utilibus salubribusque contemptis uoluptuosa & delectabilia quæfisse scribit. Verum tacite annuit: se tunc uenia dignum fuisse: utpote qui rerū ignoratione uitio ætatis deliquerit. Sed cum ipsa tam sæpe admonitus sit ad eamque rerum cognitionem deuenire: ut optime uitrum possit a uirtute discernere: eum uenia indignum esse significat. Oliuo: Oleū oculis infusum quandam lippitudinem repræsentat: quam in filiis dum parentes metuūt eos a læstione auertunt. Grandia uerba morituri catonis. Cato qui uticēsis cognomē quia se uticæ interemisse adeptus est: profligatis iterum in libva pompeianis desperatis partibus mori decreuit. Longa itaque oratione de animorum immortalitate ad amicos habita: lectoque de eadē Platonis libro: gladio se trāssodit. In eius postea laudem Cicero librum scripsit: Cæsar dū os contra in calumniam eius composuit: anticatonemque appellauit: ut cum alii plures: tum Apianus secundo bellorum ciuiliū libro scribit. In sano magistro: ualde sano ac docto In enim præpositio interdum auget Virgilius Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos. Quæ pater adductis sudans audiret amicis Solebant parentes: ut nomen filiis compararent: ad eos cum aliquid recitaturi essent audiendos amicos conuocare. Sudans autem incertum est: an sermonis magnitudine sollicitus an metuens ne filius male recitet: an ob leticiam apposite recitantes: an forsitan ob laborem in amicis conuocandis. Iure & enim. Merito iure ait: pro ætate puerilē: quæ ludicra magis quam grauiā uiriliæ delectant. Dexter senio & dānosa canicula In talis senio pūcta sex. Cais uero unicū pūctū cōtinēt senionis aut iactus pro utilis cāis dāno?

Magne pater diuum sæuos punire tyrannos
 Haud alia ratione uelis: cum dira libido
 Mouerit ingenium: feruenti tincta ueneno.
 Virtutem uideant intabescantque relicta.
 An ne magis siculi gemuerunt æra iuuenti:
 Et magis auratis pēdes laquearibus ensis:
 Purpureas subter ceruices teruit: imus:
 Imus præcipites quam si sibi dicat: & intus
 Palleat infelix: quod proxima nesciat uxor.
 Sæpe oculos memini tangebam paruus oliuo:
 Grandia si nollem morituri uerba catonis
 Discere: & insano multū laudanda magistro:
 Quæ pater adductis sudans audiret amicis.
 Iure & enim id sūmū quod dexter senio ferret:
 Scire erat in uoto: damnosa canicula quantū

15
erat. Propertius. Sēp dānosī subfiluere canes. Angustæ orcæ:orca uax est fictile lata aluo angustō ore ac fundo longiori collōtin quam inter ludentes pueros qui inuicem iniecissent uictor erat. Ab ea orcula diminutiuum deducit. Cato de re rustica: Cuminum fœniculum rutam mentam in orculam condito ex ea quoque nonnulli urceum atque inde per diminutionem urceolum dici uolunt. Buxum torquere: Turbinem ex busto in ouī similitudinē

Raderet: angustæ collo non fallier orcæ.

Neu quis callidior buxum torquere flagello:

Haud tibi iexpertū ē curuos deprehēdere mores

Quæque docet sapiens brachatis illita medis

Porticus insomnis: quibus deintonsa iuuentus

Inuigilat siliquis: & grandi pasta polenta.

Et tibi quæ samios diduxit littera ramos:

Surgentem dextro monstrauit limite callem.

Stertis adhuc: laxumque caput compage soluta

tornatum dicit de quo Tibullus. Nā q̄ agor ut per plana cit' sola uerbere turbo: quem scelera assueta uersar ab arte pueri haud tibi in expertū. Bonarum artium ad uirtutem ducentium non es ignarus: quibus uerbis ostēdit nisi d̄sidiam euitarit maiorem reprehensionem mereri: quam si litterarū & doctrinæ ignarus esset. Curuos mores: prauos atque distortos quæ enim recta sunt bona & utilia iudicantur.

Quæque docet sapiens brachatis illita medis porticus & plane philosophiæ recteque uiuendi præcepta cognosti: qualia stoici docēt. Athenis uero porticus stoa fuit: a qua & stoici: quoniam in ea conuenire differereq̄ solebant: sunt appellati. Hæc quōdā

persianactia dicebatur ex uaria & multæ scientiæ pictura polygnoti teste laertio in Zenone: In hac porticu darii Xerisq̄ persarum medorumque regis in græciam transitus & salaminium illud nauale prælium & turpis deinde fuga depicta erant. Brachatis medis. brachas femoralia non esse Galeorus martius recte sentit. Herodotes de persis: libro quinto. Et gen' pugnandi: eorum huiuscemodi est. Breues arcus ac breuia spicula: longas brachas: longaque in capitibus cristas: unde faciles captu sunt gerentes in pugnam eunt Diodorus ubi quoque de gallatis frigidis nationibus loquitur sexto uolumine: ita scribit: Vestes ad terrorem iconas ac coloris uarii ferunt: quas illi uocāt brachas: uerum ut de longitudine uestium illi assēserim: ita ex pellibus tantum fieri iure negauerim. Nā & si in ponticis locis mala frigora hirsutis brachis arceri scribit Ouidius: non tamen ex pellibus eas fieri dicit: sed longioris uilli uestes intelligit ut paulo antea ex diodori uerbis percepimus: qui intōsas brachas ad terrorem galatas ferre scribit. Præterea in media India persia callidis regionibus: in quib' brachis utitur ex pellibus eas fieri non est credendum. Siliquis & grandi pasta polenta. tenui faciliq̄ uictu contenta pythagoricam autem uitam describit: quæ cunctis animalibus abstines leguminibus & oleribus uestebantur. Polenta uero: ut libro octauo supra decimum scribit Plini' uicenis contusi hordei libris: ternisq̄ seminis lini. & coriandri selibra: salisque acetabulo: milio iterdum addito fit. Et tibi q̄ samios diduxit littera ramos: non te fugit etiam quen admodum Pythagoras uirtutis uitiorumq̄ uiam similitudine ipsilon litteræ demonstrauit. Ea quidem græcis ita pingitur: ut in duos ramos aliquanto in dexteram longior discindat. Samios autē ramos propter pythagoram samium dixit: non quod litteræ huius inuentor fuerit: sed quoniam hominis uitam in huius litteræ formā prius diuiserit. Hominis enim primam ætatem incertam esse dicebat: quippe quæ nunc uitis nec uirtutibus penitus inhæreret postea biuion ipsilon litteræ a primā adolescentiā incipere: quo tempore hominis dextram aut sinistram uiam cum quadā electione capesserent. Huius uero litteræ formā Palamedes: qui ad Troiam pugnauit e gruū uolatu assūpsit: ut philostratus uolūne. iiii. refert: quod & Claudian' ostēdit pendula ceu paruis moturæ bella colōis Thracia cū tepido pmutat strimona nilo Ordinib' uariis p̄ nubila textit̄ alis littera: pēnarūq̄ notis iscribit̄ aer. Laxūq̄ caput cōpage soluta. Apertum somno caput propter caluarix futura: dixit. Quæ ut Cels' octauo scribit: duæ super aures tēpora a superiore capitis parte discernūt. Tertia ad aures per uerticē tēdēs occipitū a sūmo capite diducit. Quarta ab eodē uertice p̄ mediū caput ad frōtē p̄cedit

Oscitat hesternum. Oscitando euaporat quod heri comedisti. Oscitare autem est os rotum adaperire. Quod interdum exc: tatis somno euenit: interdum & desidia quadam fit. Vnde & oscitatio & ofcedo deducitur. Agellius libro quarto. Sed cum ille deierasset inuitissimum se se & repugnantem oscitatione uictum: teneriq; eo uitio: quod ofcedo appellatur: tum notæ iam destinatæ exemptus est. Dissutis undique malis. Hoc oscitantibus propter futuras ma-

larum accidit: Malæ enim Celso au-
ctore in summa parte singulas tran-
uersas futuras habent. A medijsq; na-
ribus aut superiorum dentium gingi-
uis per medium palatū una pcedit:
aliqua trāsuersa idem palatum secat.
Est aliquid quo tendis: proposuisti:
ne aliquem finem ad quem pergas?
an uero uagus & fluctuans erras. Et
i quo dirigit arcum: A sagittario tra-
ctum est: signum quo sagittā dirigit
inspectanti.

An passim sequeris
coruos: testaq; lutoque An more cor-
uorum nullo certo meatu uolātium
per cenosam stratamque uiam duce-
ris. Coruos autem pro prauis & a uir-
tute deuantibus: sine ullo respectu
ponit Iuuenalis. Dat ueniam coruis:
uexat censura colūbas. Nonnulli qd
luto & lapidibus coruos insectetur: le-
gunt. Helleboram frustra cum iā
cutis ægra tumebit. Optima simili-
tudine utitur: Sicut enim morbo anteq̃
uites adaugeat occurrendum est quo
niam illi ingrauescit frustra remedi-
um adhibetur: sic uitis antequam il-
lis occupemur: repugnādum ē. Nam

ubi in animis nostris penitus in-
federint: difficillime dimouētur. Et quid opus cratero nihil
opus est desperata ualitudine Cratero magna premia polliceri. Craterus quidem isignis me-
dicus augusti tempestate floruit. De quo horatius in sermonibus. Non est cardiacus Craterū
dixisse putato. Magnos montes: Antiquum dictū in eos qui nimis magna temere pollicentur
Aut metæ quam molis flexus. Per metæ similitudinem admonet: ne a uirtute ad uitia dilaba-
mur. meta uero a metiendo dicitur: terminusque est signum: a quo cursus intenditur. ac cir-
ca quod curriculum aurigæ uertunt. Moris enim erat species metam lustrare. Propertius aut
prius: insecto deposcit præmia cursu. Septima quam metam triuerit ante rota. Hanc cōsue-
tudinem: postea Domicianus inuertit & a septena lustratione ad quinam redegit. Suetoni-
us in eius uita. In his circensium die quo facilius centum missus peragerentur singulos a sep-
tenis spatiis ad quina corripuit. Asper nūmus Nummi signo ipressi contrectando digitis as-
peri sunt. Contra non signati læuigati & perpoliti sunt. Nummus uero: ut aristotiles i ethi-
cus refert: non a natura sed a lege: quæ nomos dicitur: est inductus. & ueluti subsidiū com-
mutandarum rerum compositus. Et humana qua parte locat'es in re Quo in gradu rerū
humanarum locatus sis & quam facultatem rerum obtineas: ne plus minusue facias quam
conditio tua ferat. Nec inuideas quod multa fidelia nec liuore afficiaris quod aliquem
ditōrem te cernas: & qui penarium multis rebus refertum: habeat quas umbri marisque cliē-
tes sibi donarint putet. Tandiu seruata sit ut putorem grauemque odorem redoleat.

Oscitat hesternum dissutis undi que malis.
Est aliquid quo tendis: & in quo dirigit arcū:
An passim sequeris coruos: textaque lutoque
Securus quo pes ferat: atq; extempore uiuis.
Helleborum frustra cū iam cutis ægra tūebit:
Pescentes uideas uenienti occurrite morbo.
Et quid op? cratero magnos pmittere mōtes
Disciteque o miseri: & causas cognoscite reꝝ.
Quid sum?: & quidā uicturi gignimur: ordo.
Quid datus: aut metæ: q̃ mollis flexus & und
Quis modus argēto: quid fas optare: quid asp
Vtile nūmus habet. patriæ: carisq; ppinquis:
Quantum elargiri deceat: quem te deus esse:
Iussit: & hūana qua parte locatus es in re.
Disce. neq; inuideas quod multa fidelia putet

In locuplete penu: in copioso atq; abundanti penario. Locuples uero locorum plenus: que admodum pecuniosus a pecorum copia: assiduus ab asse dando cognominatur penus autem omne et culentum: potulentumq; significat. Penarium uero locum intra domum in quo penus reponitur. Est autem penus quartæ declinationis in genere masculino & fœminino. In neutro uero tertix. Nam hoc penus penoris ut pecus pecoris facit: Horat. primo lib. epistolarum.

In locuplete penu defensis pinguibus umbris.
Et piper & pernae marsi monumenta clientis.
Menaque quod prima nondum defecerat orca.
Hic aliquis de gente hircosa centurionum,
Dicat: quod satis est sapio mihi: non ego curo
Esse quod archetylas: erumnosiq; solons
Obstipo capite: & figentes lumine terram:
Murmura cum secum: & rabiosa silentia rodunt
Atque exporrecto trutinantur uerba labello:
Aegroti ueteris meditantur somnia gigni:
De nihilo nihil in nihilum nil posse reuerti:
Hoc est cur palles: cur quis non prandeat hoc e:
His populus ridet: multumque torosa iuuentus.
Ingeminat tremulos naso crispante cachinos:
Inspice nescio quid trepidat mihi pectus: & aegris
Faucibus exuberat grauis halitus: inspicite sodes

rum. Annonæ proficit: portet frumēta penusque. Virgi. in masculino uel fœminio posuit Cura penum stuerē & flammis adolere penates. Umbris umbra regio ab apœnino ad hadriaticum usque sinum protenditur dicta quod inundatione terrarum i bribus super fuerit. Et pernae. A pede perna dicta est cum toto pede talita Caro de re rustica: & eo addito unguam de perna Marsi monumenta clientis: ob eam causam a clientibus missa: ne e memoria patronorum excidant. monumentum enim ē quicquid de aliqua re nos monet: marsi uero populi ultra picenum pelignis & marrucinis uicini sunt. Menaque: mena piscis est colorem mutans candida enim hyeme Pli. teste sūt ætate uero nigriores. De gente hircosa. an inculta & horrida militantiū more: an potius graue olenti & fetida? modi hirci sunt: utpote quæ libidini bus luxurijs intenta a disciplina militari degenerarit. Archetylas Scithi hic filius: patria pitaneus Tharusque philosophus fuit: & ætatis anno. v. & septuagesimo obiit. Et rumosiq; solones. laboriosi: studio enim sapiētiæ dediti cæteris rebus omisiss mul

tos labores perferunt: ob quod erumnosi cognominantur: solon uero patria salaminus exere stidæ filius athenis maxime claruit: sed pilistrati tyrannidem fugiens in cypro: tandem. lxxx. anno ætatis moritur. Obstipo capite: tristi: se uero ad terram inclinato: nam obstipi dicuntur quibus colla rigent & in humerum capita inclinata sunt. Exporrecto labello: labra interdum contrahimus: interdum exporrigimus atque extendimus: qui autem iterloquē dum uerba præponderant labra quodammodo extendere uidentur. Gigni de nihilo nihilum: & Democritus abderites & Dioge. apolloniates & Dpicurus & philosophi fere omnes nihil esse quod sui originem non habeat. neque quicquam ex nihilo gigni posse: aut in nihilum id quod aliquid est conuerti posse scripserunt. Omnia enim ex aliqua re fieri necesse esse dixerunt: quoniam si quod defluit interiret in id quod non est: omnia iam dudum interissent: cū ea non essent in que dissoluerentur. Torosa iuuentus: ualens & robusta. Tori enim partes membrorum neruosa callosaque & in se propemodum collectæ sunt. Valerius flaccus: ptulit horrendosq; toris informibus artus: quod & de uenis quoq; cum uaricum in morē quibusdam in locis turgescūt: & dicitur Celsus in. vii. Ac per ipsos uenarum toros in æquale est. In herbis quoq; eodem Pli. uerbo utitur. nam de inula scribens ait. Brevior his est sed torosior amariorq; inula. Item de brassica: alii in orbem porrecti: alii in latitudinem torosi. Item de asparagis: qui caulem educens tempore ipso quo fatigatus est in toros stringitur Inspice: incontinentiam desidis delicatq; uiri carpit: qui cum paucorum dierum abstinentia sanari possit contra medici præcepta balneo ac utno utens in grauiorem morbum recidit: unde mors tandem consequitur. Inspice autem ab ægrotante ad medicum dicitur. Nescio quid: uel ægroti parū quid morbi esse dicentis: uel medici potius uerba sunt ignorare se quid inspiciat asserentis. Trepidat mihi pectus: notæ aduersa ualitudinis futuræ sunt: ut Celsus et libro secūdo: refert. si dolor præcordiosq; e: aut toti pectoris: aut si spiritus grauior e.

Postquam tertia compositas uidit nox currere uenas. Medicinæ Persius non ignarus ea profecto ponit: quæ ueteres medici obserauerunt. Celso enim auctore libro tertio: ubi corpus ægrotare incipit quanuis unam febris accessionem secuta integritas est: tamen quia tertia timeri potest expectandus est dies tertius: & ubi accessionis tempus præterit: cibus dandus est: sed exiguus: quia quartana quoque timeri potest. Hic autem die tertia cum uideret febrim non reuertisse tanquã omni periculo liberat⁹ ad pristinum uictum & incontinentiam rediit. Modice sitiente Cui ad summum labrum paruum desit. Leuia surrentina. tiberius cæsar. ut scribit quattodecimo li. Plin. cõsensisse dicebat medicos ut nobilitatem surrentino uino darët. Surrentini autem montes in campania uicini massicis gauranisque collib⁹ sũt. He⁹ bone tu palles: Medici uerba sũt ne se lauet: neue largius uino utatur: quoniam palleat. Nihil est. ualitudinem æger dissimulat quo possit solitæ incontinentiæ indulgere. Videas tamen. Admonet medicus quanuis a morbo liberat⁹ sibi ipsi uideatur: caueat tamen quoniam cutis eius tacite intumescat. At tu deterius palles: medico conuiciatur præmonens ne sibi tanquam custos & tutor sit. Perge tacebo: Nullum se ulterius uerbum faturum promittit medicus. Turgidus hic. ex persona sua poeta loquitur ostendens hunc tandem ob incontinentiam interisse. Guttore sulphureas lente exhalante mephites. Ructus & exhalatio crudi stomachi signa sunt. Mephitis autem cum terræ putor sit ex aquis maxime sulphuratis atque etiam corruptis proueniens: per translationem ad grauem ructuationis odorem rettulit. Calidumque trientem: & si triens est tertia assis pars pro calice tamen hoc loco ponitur qui tertiam sextarii partem continet. Calidum uero dixit uel quia tamdiu calicem manibus potando ante tremorem aduentantis febris tenuerit: ut eum calefecerit. In quo summa arte longam eius potationem incontinentiamque reprehendit. Vel ad calidam potationem rettulit. Iuuenalis. Quando uocatus adest callidæ gelidæque minister. Hinc tuba: Funera ad tubam efferebantur. Virgi. de pallante. It cælo clamorque uirum clangorque tubarum. Beatulus alto compositus lecto crassisque lutatus amonis. Beatum ut scribit Plinius hominẽ etiam in morte luxuriã fecit adhibens uendis defunctis pretiosa aromata: quæ deorum sacris conueniebant. Lutatum autem pro oblito & unguentato ponit. Cadauera. n. uariis aromatis condiebantur: amomo præsertim: cuius uua in uite p̄simili labruscæ in idia nascitur: frutice uenenofo: palmi altitudine oris & in armenia & insyria & in media & in p̄to. In portâ rigidos calces extendit cadauera anterioribus pedibus efferuntur: ut interitus ortui contrarius demonstretur. Hesterni quirites: hesterni die morte domini liberati & quiritium ius adepti. Capite induto pileato: nam libertatis indicium pilei gestamen erat. Tange miser uenas. ab infirmitate corporis unde propter ægroti incontinentiam mors tandem hominis secuta est: ad ægritudinẽ animi trãsit: quã aius demerit⁹ in uitis moris: medicũ uero inducit adolefcẽtis auariciã libidinẽ gulositatẽ iracundiã: ob quæ uitia insanat: reprehẽdentẽ.

Quid dicit medico iuss⁹ requiescere: postquã
Tertia compositas uidit nox currere uenas.
De maiore domo modice sitiente lagena
Leuia loturo sibi syrentina rogauit:
Heus bone tu palles. nihil est: uideas tamẽ istud
Quicquid id est surgit tacitæ tibi. lutea pellis.
At tu deterius palles: ne sis mihi tutor
Iampridẽ hunc sepeli: tu restas: perge: tacebo.
Turgidus hic epulis: atque albo uetere lauatur
Guttore sulphureas læte exhalante mephites:
Sed tremor inter uina subit: calidumque trientẽ
Excute manibus. dentes crepuere reiecti.
Vincta cadunt laxis tunc pulmentaria labris
Hinc tuba: candelæ tandemque beatulus alto
Compositus lecto: crassisque lutatus amomis
In portam rigidos calces extendit: at illum
Hesterni capite obducti subiere quirites.
Tange miser uenas: & pone in pectore dextrã

Nil calet hic: nullum in te febricitantis calorem sentio. Non frigent: nullum aduentantis febris indicium uideo solet enim frigus febrem praecedere: ac tunc extremae partes prius frigere incipiunt. Visa est si forte pecunia: tuum inquit morbum cognoui. Ipse enim sano corpore es: mente uero non bene uales: nam & auaricia & libidine aetuas. Positum est algente catino durum olus: haec perinde accipienda sunt ac si adolescens uiles dapes repudiasset seque appetitum non habere dixisset quod ex eo medicus dicit accidere: quoniam cibos uiles fastidiret. Al

Nil calet hic sumosque pedes attinge manusque
Non frigent: uisa est si forte pecunia: siue
Candida uicini subrisit molle puella.
Cor tibi rite salit: positum est algente catino
Durum olus: & populi cribro discussa farina
Tendemus fauces: tenero latet ulcus in ore
Putre: quod haud deceat plebeias radere beta
Alges cum excussit membrum timor albus aristas:
Nunc face supposita feruescit sanguis: & ira
Scintillant oculi: dicitque facis que quod ipse
Nō sani esse hominis: nō sanus uiret horeses.

gente catino: uel quia ferculum in catino refrigeratum esset: uel quod melius est ad saporem rettulit. Catino enim quod non lauti ferculi erat attribuit. Et populi cribro discussa farina. Plebei ac tenues non ex molli siligine facti: sed pane secundario utebantur: qui enim pauperes sunt rariobus cribris utuntur: quo plus panis & surfuris minus conficiatur. Cribrorum autem genera plura sunt. Galliae enim auctore Plin. setis equorum inuenere Hispania lino excussoria & pollinaria: aegyptus e papiro atque iunco. Farinam uero a farre denominatam nomine ipso apparet. Tenero latet ulcus in ore, gulositatem eius ostendit quae non nisi lautis cibis expleri possit. ulcus uero clausa est & tecta iracundem malignitas. Alges cum metu pecuniarum uel libidinis afficeris tunc frigescis. Timor albus: pallidus ab effectu timor enim pallor in ducit cum ab exterioribus partibus ad praecordia sanguis recurrit. Aristas pillos qui in humano corpore uelut aristas in grano sunt. Arista enim ut acus tenuis longa eminent egluma: atque ut Varro primo de re rust. lib. placet dicta est: quod arescit prima

Satyra Quarta

Em populi tractas: barbarum hoc crede magister
Dicere sorbitio tollit quem dira cicutae
Quo fretus: dic hoc magni pupille periculi.
Scilicet ingenium: & rerum prudentia uelox
Ante pillos uenit: dicenda tacendaque calles?

granum gerendo. Excussit uero quasi excutiendo exiit. ut steteruntque comae & uox faucibus haesit apud Virgilium. Nunc face supposita feruescit sanguis: adolescentem irritatum: atque ira commotum significat. Dicitque facis que eum quoque ob superiora uitia insanire ostendit.

Em populi tractas. Adolescentem ambitiosum reprehendit: qui cum libidinosus & mollis esset: introrsum turpis & pelle decorus rempublicam gubernare ante maturos annos studeret. Barbarum magistrum: barbati pro studiosis uiris & philosophis capiuntur. Iuuenalis. Barbaros licet admoueas mille inde magistrum Sorbitio tollit quem dira cicutae. Socrates atheniensis philosophus Sophronisci & Phaneretae filius accusante Anito capitis damnatus sorbitionem cicutae hausit: quae ut Plinius sexto & xx libro refert: uenenum est publica atheniensium poena inuisa quod & Iuuen. de athenis ostendit. Nil praeter gelidas ausae conferre cicutas. Est uero cicutae herba caule uiridi altiore saepe binis cubitis in cacuminibusque ramoso: folius coriandri tenuioribus graui odoratu: semine autem fo crassiore: radice concaua nullius usus: nam semini tantum & foliis refrigeratoria est uis. Magni pupille periculi: alcibiades: ut Plutar. asserit arcto gradu propinquitatis periculi coniunctus erat sub cuius tutela mortuo Cliniae patre fuit. Scilicet ingenium: scilicet cum derisu pronunciatum est: Ostendit enim regum agenda scientia autem aetate maturitate non accedat. Velox: quae praefecto uelox esse si tibi iuueni iacet. Prudentia. n. longo tempore iteruallo plurimarum regum uisu & experientia gignitur

Ergo ubi commota: quando populum commotum atq; iratum in spicies oratione tua sedare cupies. Maiestate manus: manu annuimus cum populo significamus ut fileat atq; orare uolentes audiat. Quirites: & si quendam ueluti Socratem atheniensem ad Alcibiadem loquentem induxit: tamen cum de romanorum iuuenum ambitione libidine mollicieq; loquatur iure quirites pro atheniensibus nominauit. Hoc puta: Prisciano auctore, xy. li. puta legendum est: quod quidem aduerbiū esse uolunt atque ideo Persium corripuisse. cum ita & pura corripiantur.

Scis & enim iustum A trutinā trāstatio cum aliquid perpenditur: facta est. Rectum discernis: nosti etiā rectum ab intorto dignoscere: quod a fabris & architectis assumptum est:

Et potis es nigrum uitio præfigere theta: & tantum auctoritate ac eloquētia uales. ut possis populos ac iudicibus persuadere aliquem ut uiriosum interimant. Nigrum theta tau & theta grecorū litteræ sunt sed tau absolutiois signum & salutaris nota est ut in ezechiele legitur. Et si gna Tau sup̄ frontes uirorum gemētium. Theta uero damnatiōis & mortis Martialis. Nosti mortifex: quæstoris castrice signum. Est opcrepretiū discernere theta nouum. Quin tu igitur: cum quæ a me superius narrata sunt facere nequeas: & extrinsec' cōp' tus atque decorus: intrinsicus uero turpis & malus sis: cur nō rempublicam gubernare ante maturū tempus desistis? Caudam iactare. Blandiri

& adulari: quod a canibus tractum est. Blando popello: uel populo qui semper ditioribus & potentioribus blanditur: uel cui eblandiendum sit in suffragiis & magistratibus demandādis. Anthiceras melior sorbere meracas. Aptior hellebori puris & simplicibus potionibus iasantiam tuam purgare: quam per summam ambitionem ante tempus temeritati populi te subiicere. Anthicyram uero pro helleboro posuit: quoniam in anthicyra maxime sumeres. Helleborum enim: ut Strabo uolumine nono scribit: quanuis in multis nascatur locis: tamen circa urbem anthicyram in phocidē optime præparatur: quo frequentes olim aduenæ purgationis causa nauigabant. Horatius nauiget anthicyram. Quæ tibi summa boni Interrogat qua in re summum suum bonum reponat. Unctā uixisse patella puta: ne lauto parato uiuere: corpusque bene curare summum hominis bonum esse? Atque hæc perinde ac si adoloscens ita dixisset: ponit. Expecta: indignatum discidentemque iuuenem remoratur. I. nunc. Postquam eum admonuit: prætereuntem aniculam non aliter responsum fuisse: ei potestatem eundi facit. Dinomaches ego sum. subiratus. Alcibiades quod eum Socrates illi aniculæ comparauit se a Dinomache clarissima scēmina multum ab anti illa dissimili genus ducere: ac propterea se nobilem esse magna cum indignatione pronunciat. A. Dinomache uero maternum genus Alcibiadi. Pluracho auctore fuit. Suffla: separatim legendum est: quod a uentosorum hominum consuetudine sumptum est: qui buccas inflare: spiritusque emittere superbientes solent. Sum candidus: se quoque a pulchritudine commendat. Esto concedatur te generosum formosumque esse: dum modo baucis interrogata qua in re summum bonum esse existimet: deterius te non respondeat: illud in bonis tantum fortunæ ac corporis posuisti. Non desunt qui aliter ordinent. I. nunc o alcibiades & extolle ac iacta te: quod & a Dinomache genus trahas & formosus sis:

Ergo ubi commota seruet plebecula bile
Fert animus calidæ fecisse silentia turbæ
Maiestate manus: quid deinde loq̄re: quirites
Hoc puta non iustū: illud male. rectius istud
Scis & enim iustum gemina suspendere lace
Ancipitis libræ: uerū discernis ubi inter
Curua subit: uel cum fallit pede regula uero:
Et potis es nigrum uitio præfigere theta
Quin tu igit' sūma nequicquā pelle decorus
Ante diem blando caudam iactare popello
Desinis anthiceras melior sorbere meracas:
Quæ tibi summa boni ē: unctā uixisse patella
Semper: & assiduo curata cuticula sole.
Expectata haud aliā respōdeat hæc anus. i nūc
Dinomaches ego sum: suffla: sū cādidus esto

Baucis. Inops atq; ignobilis foeminae nomen est: q uam pannuciam uilibus pannis induta uocat. Discincto uernae: desidi ac luxurioso. Vernae autem ex ancilla domi nostrae geniti ferui sunt a uere denominati: quoniam id anni tempus foeturae: ut ait Festus: maxime con uenit. Cantauerit: uel alta & clara uoce: ut molis est olera per urbem uendentium excla marit: uel ut bene uendat laudauerit. Horatius laudat uenales qui uult extrudere merces.

Dum ne deterius sapiat pannucia baucis
Cum bene discincto cantauerit ozima uernae
Ut nemo in sese tentat descendere nemo:
Sed praecedenti spectatur mantica tergo:
Quaerieris nostin uectidii praedia: cuius
Diues arat curribus: quatu non miluus oberret
Hunc ais: hunc diis iratis, genioque sinistro
Qui quandoq; iugum per tusa ad compita figit:
Seriolae ueteris metuens deradere limum
Ingemit: hoc bene sit tunicatu cu sale mordens
Cepe: & farratam pueris plaudentibus ollam:
Pannosam fecem morientis sorbet aceti.

Ocyma Ocymum herba hortensis e: quo cito nascatur dictum ut Varro scribit: Ocys enim graece: cito latine significat. Discincto: autem & molli um uirorum est eiusmodi bene olen tes herbas manu gestare. Ut nemo in sese tentat descendere nemo. Cum admiratone legendum est neminem sua uitia reputare: cum aliena dilige tius perscrutetur. In dictione autem nemo cum duplicatione uti ad ma iorem admiratone: affectusque sui expressionem in legentium animis i primendam. Sed praecedenti spectat mantica tergo. Sed aliorum semp ui tia cernimus ab aefopo scribitur ma ticas homines habere: unaque praese alteram pone ferre. Aliorum uitia i anteriorem immittimus: atque ideo aliena facilius cernimus. Nostra ue

ro in posteriore mantica reponentes: ea i spicere negligimus. Catullus sed non uidemus ma ticæ quod i tergo est. Item Horatius i sermonibus. Respicere ignoto diset pedetia tergo. Est autem mantica numorum receptaculum: ut Asconius i secunda uerrinam refert: qua tamen propera interdum Porphirione auctore ponitur. Quaerieris. Exemplo probat nemine uitia sua inspicere: cum aliena linceis oculis plane cernat. Dicit enim si quaerieris ab aliquo an uectidium norit: statim ut ille se eum cognoscere dixerit: eum auariciae argues. Cuius? Eius qui interrogatur an uectidium nouerit responsum est: quaerentis quem uectidium di cat. Plures enim eodem nomine uocabantur. Diues arat. Respondet interrogator eum se ue ctidium dicere: qui multa praedia curribus arat. Quantum non miluus oberrat: qui tot agri iugera in sabinis arat: quot miluus non cicum uolet. Iuuenalis: Tot miluos intra tua pascua lassos. Hunc ais. Interrogati responsio. Ais ne hanc uectidium quasi ostendat se eum probe cognoscere: hunc dis iratis: qui primum de uectidio quaerere coeperat: haec omnia qua se quuntur de eo enumerat. Hunc eclypsis figura est. Dico enim uerbum extrinsecus subaudi endum est. Qui quandoque iugum pertusa ad compita figit: qui ita auarus est: ut arando etiam in compitis aratrum figat: atque aliquam partem attritae uiae aratione comminuat. Sunt qui ad compitalia referentes dicant eum ita auarum esse: ut cum compitalia sacra fi erent: caeteris feriatis ipse antequam pergeret: terram araret: atq; subinde cum bobus & ara tro ad sacrificium post arationem accederet. Pertusa compita: frequentia hominum pedi bus attrita: sunt enim compita loca: in qua multae uiae competant. Seriolae ueteris metu ens deradere limum. summam hominis auariciam maximo artificio uerborum expressit. Ostendit enim eum non audere ne paruum quidem uini cadum relere: quod multos annos ob auariciam in cellario seruari: Veterem limum: uasa uel argilla: quam nunc limum ap pellat: uel picæ uel resina: uel gypso obturabantur. Hoc bene sit. Verba hec tanquam a ue ctidio dicta ponuntur. Nam cum ueteris uini cadum regypfare non auderet: aliud deterius uinum potans: quasi p auaritia igemiscs si meli uinu allumeret deterrimo uino sup to hoc bui satisque sit dicebat. Tunicatu cepae: quod tunicas multas circū se habet. Ollā farratā. Ol lā farre plenā: quo cibo pueri nimis parco uictui assueti: tanq; lauto & opiparo lætabantur. Morientis acceti: deficientis: acrimoniaq; carētis: quanto, n. acrius tāto melius aceturum est.

At si unctus cesses:quēadmodum inquit tu Vestidii auariciam reprehēdidisti:sic aliquis si mollis defesq; fueris te reprehendet. Et figas in cute solem:fricando enim corpus atque unguentando ad solem cutis penetratur. Ignotus:quem ipse non uideas cum a tergo prope te sit.Cubito qui tangat:Aliquem cui uitia tua palam faciat. Et acre despuat in mores:acriter inuehatur in mores tuos. Penemque archana lumbi runcantem.Velicantem ac depilantem uirile membrum & ofce nos locos:quo glaber & sine pilis circa inguina sis.Runcare autem a rusticiis trāstulit:cum herbas frugibus noxias auellere atque sarrire significet.

Marcentes pandere uuluas:ut pandas:ac præbeas:uuluua uero mulieris tantum est:sed propter coytum satyrica mordacitate cinædi podicē uulua munera peragentem uuluam appellauit. Tu cum maxillis:urpitudinem eius carpens iterrogat cū barbam nutriat cur inguina uellicet & abraðat:moris autem sui t barbam nutrire:cum ante superioris africani tēpora tonsores in urbe non fuerint.

Balanus gausape.Barba unguentata.Balanus enim inter preciosa unguenta ponitur.Hora.Pressa tuis balanus capillis gausape uero militare stramentum est:quod pro lecto in castris sternebat.Fli.octauo.Antigs.n.torus e stramento erat:qualis etiam

in castris gausape:hoc cū uillosum esset:a uillorū pilorūq; similitudine gausape p barba posuit. Deronsus curgوليو:uia patens in gutture:per quam spiritus attrahitur atq; emittit:curgوليو est.A custus similitudine in obscenis eam partem appellat:quæ a pene ad anum est per quam a lumbis semen humanum ut per curgulationem spiritus fluit quidam pro pene in curgulationis uermis formam se contrahentem uel extendentem accipiunt.Nonnulli anum ab aspectus obscenitate intelligunt. Quinque palestritæ:quanuis quotidie te expiles:nō tamen circa inguina glaber eris:quemadmodum nec filix ab agro penitus aratōne diuellitur.

Plantaria:quoniam palæstritæ uiri robusti sunt a palestra & luctatione cognominati: propterea ne ualētibus uiris paulum qd uellēdum daret:plantaria per translationem pro pillis dixit:sunt autem plantaria ipsæ plantæ non in arboribus:sed in terra natæ quæ cum radicibus & terra propria transferuntur. Elixas:depilatas & perpolitatas:ui enim pilli euelluntur Quidam elixas legunt:quasi aqua callida madefactas:ut pilli facilius uellicentur. Forcipe aduncha:qua pilli ipsi auelluntur.Forcipes enim quasi foruicapes dictæ sunt quibus forua hoc est calida capiuntur. Virgilius octauo. Versantque tenaci forcipe massa.Forcipes uero sūt quibus incidimus. Cædimus inque uicem præbemus crura sagittis. Et ipsi alios reprehendimus:& nos quoque iuicem accusationi aliorum subiicimur. Inque uicem:Themesis figura est:quæ fit quotiens uerbum aliquod simplex uel compositum diidentes:unam uel plures dictiones interponimus: ut septem subiecta trioni. Viuitur hoc pacto: ut alter alterius carpat. Sed lato balteus auro protegit: sed hoc tuum scelus ab opibus & diuitiis tegitur. quia uero ilia dixit: propterea balteo tegi subiunxit: nam balteus cinguli genus cū latū sit:ilia ipsa operit:quæ sub lateribus supra coxēdices sita sunt. Vt mauius da uerba & decipe neruos. Hac tuæ nobilitatis uētositate:decoroq; habitu decipe populum:& qui te intus non nouerit quantum uelis. Neruos enim & grauiores uiros & qui te intrinsecus noscunt nunquam decipies. Quidam neruos ueritatem ipsā intelligunt:quæ plurimum habet uirū & neruorū. Da uerba:dare uerba decipere est:Terentius.Cui uerba dar difficile est.

At si unctus cesses:& figas in cute solem
Est prope te ignotus cubito qui tāgit:& acre
Runcantem:populo marcentes pādere uuluas
Tu cum in maxillis balātum gausape pectas
Inguinibus:quare detonsus gurgوليو extat
Quinq; palestritæ licet hæc plantaria uellant.
Elixasq; nares labefactent forcipe adunca:
Non tamen ista filix ullo mansuescit aratro.
Cædimus:inque uicē præbētes crura sagittis.
Viuitur hoc pacto:sic nouimus:ilia subter
Cæcum uulnus habes. sed lato baltheus auro
Protegis.ut mauius:da uerba:& decipe neruos

Egregium cum me uicinia dicat non credam. Hæc cum asseueratione pronuntianda sunt. Respondet enim adolescens. Non ne populi iudicio de me credam: si me egregium esse dicat. Viso si palles: respondetis admonitio est: frustra se quempiam egregium esse putare licet ita iudicetur a uulgo: nisi ab auaricia & libidine procul sit. Amarum penem. Hoc ideo dictum est quoniam amaritudini semper uenus commixta est. Vnde & acidalix cognome propter curas sollicitudinesque ac amara tedia meruit: Si puteal multa cautus uibice flagellas: sensus est: si grauius usuris debitores affligitis. Dicit enim: si in exigendis pecuniis cautus tam iugiter ad tribunal prætoris accedis debitores accusans: eosque ad solutionem cogens: ut puteal ipsam frequentia & acerbitate tua cedere uidearis: frustra credes populo te egregium prædicanti. Nam puteal prætoris tribunal subtelumque est. Horatius. Forum putealque libonis mado sicis. Respice quod non es: omis sa ambitioe atque aura populari: uirtutem sequere: teque ipsum cognosce.

Si potes: egregium cum me uicinia dicat
Non credam: uiso si palles improbe nummo:
Si facis in penem quicquid tibi uent amarum:
Si puteal multa cautus uibice flagellas
Ne quicquam populo bibulas donaueris aures:
Respice quod non es: tollat sua munera cerdo:
Tecu habita: aut noris quod sit tibi curta suppellex.

Satyra Quinta.

Atibus hic mos est centum sibi poscere uoces
Centum ora: & linguas optare in carmine centum
Fabula seu moesto ponatur hianda tragædo
Vulnera seu parthi ducentis ab inguine ferrum.
Quorsum hæc: aut quantas robusti carminis offas
Ingeris: ut par sit centeno gutture niti.
Grande locuturi nebulas helicone legunto:
Si quibus aut prognos aut si quibus olla thuestæ
Feruerebit sæpe insulso coenanda gliconi
Te neque anhelanti: coquitur dum massa camio
Folle premis uentos: nec clauso murmure raucis
Nescio quid tecum graue cornicaris inepte

Tollat sua munera cerdo suas uulgi auferat laudes. Nam cerdone uiles homines sunt lucrum sectantes. Cerdos enim lucrum significat.

Atibus hic mos est. Diuersa hominum studia esse demonstras. Cornutum præcepto rem suam philosophia delectari scribit. Cui non nisi qui liber sit possit incumbere. Libertatem uero in animo esse probat. Hianda moesto tragædo: Cum hiatu pronuntianda. Moesto autem dicens ad naturam allusit tragædiæ: cuius cum luctuosus exitus sit: tragædius quoque moestus ac tristis pro conditione personæ inducitur. Ab inguine. parthi sagittis in proelio maxime ualent: quas fugientes interdum in hostes iaciunt. Quoniam uero pharetra ab humeris pendens co-

xis laterique illudit ob id ait ab inguine sagittas educere. Quorsum hæc: Interrogat cur centum sibi ora poetæ inuocent: cum ut ait Horatius. Nisi locus exigat fieri non deceat. Quantas offas. hoc in uituperationem scribentis dicitur qui nimium & inflatur & turget. Grande locuturi nebulas helicone legunto: Res grandes scripturi nebulas hoc est inflata & inania uerba ex helicone sumentes musas inuocent. Si quibus aut prognos: aut si quibus olla thuestæ feruerebit. si qui tragædiæ de prognos atreoque describent: qui parentibus filios in olla decoctos in cibum apposuerunt. Prognos enim pandionis athenarum regis filia. Te rei thracum regis uxor philomenæ soror fuit. Quam cum a tereo marito suo per uim stupratam comperisset itum filium ei comedendum apposuit. Atreus uero pelopis filius grauius ferens Thuestem fratrem cum Europa uxore sua concubuisse: eius liberos interfecit: decoctosque epulandos parenti dedit. Insulso coenanda gliconi. Quoniam ollam feruere dixit in translatione uerborum perfertans coenandam pro recitata subiunxit. Gelico uero tragædus tempestate neronis fuit. Tu neque anhelanti. Cornutum laudat: qui ampullositate uitata mediocritatem summo cum artificio prosequatur: quod ex Horatio transtulit. At tu conclusas hircinis follibus auras: ut maui imitare. Scloppo: Inflatu spiritu bucis

sonus qui inde emittitur: sclopus dicitur. Bucca uero ea pars in facie supra mentum ad oculos est quae spiritu inflatur. Horatius primo sermonum. Quod causae est merito quin illis Iuppiter ambas Iratus buccas inflat. Ore teris modico. Ore modesto limas & corrigis. Modicum enim modestum a modo significat. Pallentes mores. Malos uicia enim pallorem generant. Horatius in epistolis: Nil conscire sibi nulla pallefcere culpa. Radere. Signatis

uerbis facilitatem Cornuti exprimit qui non grauius caderet sed leniter corripet delinquentes. Ingenio culpam defigere ludo. Lenitate perfecti & liberali ac suauis oratione reprehendere. Hic trahe quae dicis haec ad se ipsum poeta loquitur ut qui tragoe dis: turgiditatibusque neglectis hanc Cornuti modestiam in satyra describenda sectari uelit. Non equidem hoc studeo. tragoe diis ludicrisque omis sis se satyram scripturam ostendit: quam ei diligentius emendanda committit. Pullatis nugis. Quoniam in tragoe diis flebiles illustrium personarum exitus continebantur: histriones quoque aliqui cum pulla ueste inducebantur. Pullum autem nigrum significat Virgilius ne maculis infuscet uellera pullis. Dare pondus idonea fumo. uel res leues apta stili magnitudine illustrare uel digna quae incendio consumatur. Hortante camena. ut hanc meam satyram tibi excutiendam atque emendandam praerberem antiquam ederem. Camenae uero musae sunt quasi canene a canendo cognominatae: Quantaque nostrae pars tibi sit cornute anime. hoc non solum ad amorem sed ad doctrinam etiam refert: cum omnem scientiam

suam ab eo emanauisse profiteatur. Pulsa dignoscere cautus Doctus amicum fictum a uero & peritum ab imperito probe discernere. Quod translatum ab emptoribus uasorum est: an solida sint pulsatione dignoscuntibus pictae tectoria linguae. Fucatae & dolosae orationem per eandem translationem intelligit. Tectoria enim sunt cum calce: aut gypso parietes & eiusmodi caetera oblinuntur & leuigantur ad maiorem spectantium gratiam & decorem. Hic ego centenas. Ad singularem amorem suum erga cornutum significandum centum ora sibi aude re deposcere scribit. Quod superius in poetis inania scribentibus increpauit. Sinuoso pectore. Amoris gratiaeque capaci. Sinus enim quodcumque inflexus curuitateque continet appellatur. Resignent. aperiant & denudent. Nam signare signum apponere & occludere. Resignare autem aperire significat. Cum primum custos. Postquam ex ephebis discessi: me tibi coniunxi tuamque institutionem secutus sum: Puido mihi. Pedagogum magistrum que timentum. Custos purpura. praetextam intelligit: que simul cum bulla in usum nobilium puerorum usurpata est. Dependebat autem bulla: hoc est monile antiquum ornamenti genus quod college dabatur a pectore: ut puerilem aetatem alterius consilio regendam esse ostenderet. Eius forma in bullarum morem rotunda erat. A cuius rei specie Plutharcho auctore in problematibus dicta est. Est uero bulla tumor quidam excrescens. Vnde & diminutiuum bullua deriuatur. Celsus secundo de urina scribens. Aut si quasdam quasi maculas repraesentat: aut si bullulas excitat. quae de bullo uerbo idem post paulo utitur. Aut si bullat: aut si male olet

Nec scloppo tumidas intendis rumpere buccas
Verba togae sequeris: iunctura calidus acri
Ore teris modico: pallentes radere mores
Doctus: & ingenio culpam defigere ludo.
Hinc trahe quae dicas: mensesque relique micis
Cum capite & pedibus: plebeaque praedia noris
Non equidem hoc studeo: pullatis ut mihi nugis
Pagina turgescat: dare pondus idonea fumo
Secreti loquimur: tibi nunc hortante camoena
Excutienda damus praecordia: quataque nostrae
Pars tibi sit cornute animae tibi dulcis amice
Ostendisse iuuat pulsa dignoscere cautus
Quid solidum crepe: & pictae tectoria linguae
Hic ego centenas ausim deposcere uoces
Ut quantum mihi te sinuoso in pectore fixi
Voce traham pura: totumque haec uerba resignet
Quod latet arcana non enarrabile fibra:
Quum primum puido custos mihi purpura cessit.

Laribus donata:Generosi adolescentes puericiæ annos egressi auream bullam laribus sus-
pendebant.Horatius in sermonibus.Donasset iam ne catenam ex uoto laribus quærebat.La-
ribus uero Seruius Tullius primus omnium compitalia & ludos instituit:quod i regia cuba-
ri puero caput arsisse uisum:creditumque laris familiaris filium.Ab Augusto postea idẽ lu-
di renouati:laresque in compitis positi:& libertini sacerdotes dati sunt quos augustales ap-

Bullaque succictis laribus donata pependit.
Cum blandi comites:totaque impune suburra
Permisit sparsisse oculos:iam candidus umbo.
Cumq; iter ambiguum est:& uitæ nescius error
Deducit trepidas ramosa in cõpita mentes:
Me tibi supposui:teneros tu suscipis annos
Socratico cornute sinu:tunc fallere solers
Apposita in tortos ostendit regula mores:
Et premitur ratione animus uincique laborat:
Artificemque tuo ducit sub pollice uultum
Tecum & enim longos memini cõsumere soles:
Et tecum primas epulis decerpere noctes:
Vnum opus & requiem pariter disponimus abo
Atque uerecunda laxamus seria mensa.
Non equidem hoc dubites amboꝝ foedere certo
Consentire dies:& ab uno sydere duci
Nostra uel æquali suspendit tempora libra
Parca tenax ueri:feu nata fidelibus ora
Diuidit in geminos concordia fata duorum:
Saturnumq; grauem nostro ioue frágimus una:

pellauit Lares autẽ dii domestici Ma-
niæ deæ filii dei sunt & caninis pel-
libus Plutarcho auctore induuntur :
quas ideo succingunt ut expeditores
que sit:Nam diligentes exactores uni-
cuiusque uitæ sunt:& humanarũ ac-
tõnum speculatores scelerumq; ulto-
res:qua propter & canes iuxta eos as-
sident quoniam ad inuestigandum fa-
gaces sunt. Suburra tota:suburra
regio Romæ est uisita : ut Varro scri-
bit:uel quod sub tereo cariarum mu-
ro esset : uel quod iuerit sub antiqua
urbe Vel potius a pago succusano:sic
dicto:quia succurrit carinis.Hæc iux-
ta carinas celso mõti coniuncta erat
Suburræ autem p uiris suburræ
continens pro cõtento ponit. Iam
candidus umbo.Cum iam id ætatis ef-
sem:ut i militiam scribi possem.um-
bo enim curuatura scuti est:quam ta-
men pro scuto ponat. Tyrones uero
albis scutis utebatur ad eorum noui-
tatem tyrocinii demonstrandam.Vir-
gilius,Parmaq; inglorius alba. Con-
tra ueterani & strenui milites picta
scuta gestabant:ut apud eundem poe-
tam & picti scuta labici: Ramosa
incompita:Hoc propter pythagoram
dicit:qui hominis uitam i ipsilon lit-
teræ formã diuisit. Trepidās men-
tes. Ambiguas an uoluptatũ quæ la-
ta & plana ean uirtutis:quæ arcta &
ardua:uiam sequantur. Apposita in

tortos extendit regula mores.Rectam institutionem cornuti laudat:qui tanta facilitate ac ta-
li regula itortos iuuenum mores ad uirtutem dirigeret:ut ipsi eius præcepta libenter admit-
terent. Artificem uultum:Artificiosum:nam artificem pro eo quod arte perfectum est po-
suit.Quæ translatio ab his qui fingunt imagines sumpta ẽ Laxamus seria:Seuerioribus in-
terdum studiis ad mensam depositis iocos & sales modeste inspergimus. Non equidẽ hoc
dubites:Mutuum hunc amorem a sideribus nasci uult : quod sub geminibus natus uterque
sit iouis benignitate : saturni malitiam superante. Equali libra.Parcam dicit æqua lan-
ce ac libratione utriusque horam suspendere. Libra uero quæ & ax & mina dicitur
duodecim unciis constat:& ab ea liberare deliberareq; ducitur.Fidelibus:Nobis qui mutuo
inter nos animo fidi sumus. In geminos:Castorem & pollucem maxima concordia inter
se iunctos iuppiter parens cælo intulit quos geminos posteritas nominauit.Horum stellæ fa-
lutaes sunt in medio æstiuo solstitio iuxta cancrum locatæ. Varro tamen de re rustica li-
bro secundo Appollinem & herculem deos appellari geminos autumat.

Nescio quid certe est. Scio equidem propitio quodam astro me tibi coniunctum esse: quod tamen illud sit ignoro. Astrum uero græcum est: quod sidus latine dicitur. Plures autem stellas significat: quæ aliquod signum componant: ut gemini: lyra corona & quæcūque alia formarum genera in cælo notantur. Interdum tamen sidus pro stella unica reperitur. Mille hominum species. Diuersa hominum studia esse monstrans. Cornu tuum philosophia teneri dicit: cui non nisi qui libero animo sit studere possit. Pallentis cumini: cuminum & fatium & siluestre est quæternis aut quinis foliis ueluti seratis multis egritudinibus magno usui sed pallorem bibentibus gignit. Horatius primo epistolæ: quod si pallerem casu biberent exangue cuminum Irriguo mauult turgescere somno bene saturati pleniores somno tumescentibus uenis fiunt. Virgilius: in bucolicis de Sileno inflatum hesternum uenas ut se per iacho: Irriguum autem somnum dixit: quod membra in riuu montem campos preterlabentis irrigat: ut Fefos sopor irrigat artus apud eundem poetam. Hic campo indulget. Martium campum intelligit: in quem honoris & dignitatis cupidi magistratū perituri descendebant. Hunc alea decoquit decoquere est solutione creditoribus impedita sed de cōcidere. Quod per sepe euenit aleæ lusum sectantibus.

In uenerem putris. Nimia uenit corpori debilitat & relouit. Lapidosa chiragra: podagra pedum: chiragra manuum dolor est: quæ lapidosa prope excrescentes tumores dicit. Fregerit. Ita enim quando que podagra distorti sunt ut infracti esse uideatur. Tunc crassos: tunc quæruntur in rerum ignoratione tantamquam in tenebris se uixisse: Fruge cleathea petite hinc iuuenesque senesque. Finem animo certum miserisque uatica canis: Cras hoc fiet: idem cras fiet: quid? quasi magnum Nempe diem donas: sed cum lux altera uenit Iam cras hesternum consupsimus: ecce aliud cras Egerit hos annos: & semper paulum gerit ultra Nam quanuis prope te. quanuis temore sub uno Vertentem sese frustra sectabere cantum. Cum rota posterior curas & in axe secundo.

In uenerem putris. Nimia uenit corpori debilitat & relouit. Lapidosa chiragra: podagra pedum: chiragra manuum dolor est: quæ lapidosa prope excrescentes tumores dicit. Fregerit. Ita enim quando que podagra distorti sunt ut infracti esse uideatur. Tunc crassos: tunc quæruntur in rerum ignoratione tantamquam in tenebris se uixisse: Fruge cleathea petite hinc iuuenesque senesque. Finem animo certum miserisque uatica canis: Cras hoc fiet: idem cras fiet: quid? quasi magnum Nempe diem donas: sed cum lux altera uenit Iam cras hesternum consupsimus: ecce aliud cras Egerit hos annos: & semper paulum gerit ultra Nam quanuis prope te. quanuis temore sub uno Vertentem sese frustra sectabere cantum. Cum rota posterior curas & in axe secundo.

nisi philosophiæ uatico tussinoque præsidio subleuetur: Cras hoc fiet: ostendit multos mortales diem ex die protrahendo nunquam ad doctrinam uirtutis alumnam incumbere.

Quid quasi magnum nempe diem donas. Interrogatiue cum quadam commiseratione per parentes in legendum est. dicit enim. Cur non diem incipiendi certum finem cognoscere quasi magnum quid sit tantum differs. Nempe uero confirmatiuum aduerbium est: ut ne per hoc assidue. Iam cras hesternum: cras respectu diei exacti dicitur est: enim ex aduerbio nominis factum. Nam quanuis prope te: optima similitudo a curru translata. Quanuis enim inquit te cras inchoaturum semper dicas: nunquam tamen incipies: quemadmodum euenit in quadrigis: in quibus secundi axis rota licet priori semper instet eam tamen nunquam consequitur. Vertentem cantum. Ferrum quo rotæ extremitates uinciuntur catus auctore Quintiliano in primo dicitur. In axe secundo. Quadrigæ duos rotarum ordines cum habeant duplici quoque axe uertuntur. Axis uero stipes teres est: circa quem rota uersatur. Liberate opus est. Ad centum finem animi.

Nescio qd certe est quod me tibi réperat astrū:
Mille hominum species. & rerum discolor us?
Velle suum cuique est: nec uoto uiuitur uno.
Mercibus hic italis mutat sub sole recenti
Rugosum piper & pallentis grana cymini.
Hic satur irriguo mauult turgescere somno.
Hic campo indulget: hunc alea decoquit: ille
In uenerem putris: sed cum lapidosa chiragra
Fregerit articulos ueteris ramalia fagi:
Tunc crassos transisse dies: lucemque palustē
Et sibi iam seri uitam ingemuere relictam.
At te nocturnis iuuat impallescere chartis:
Cultor enim iuuenum purgatas iſeris aures
Fruge cleathea petite hinc iuuenesq; senesq;
Finem animo certum miserisque uatica canis:
Cras hoc fiet: idē cras fiet: quid? quasi magnum
Nempe diem donas: sed cum lux altera uenit
Iam cras hesternū consupsimus: ecce aliud cras
Egerit hos annos: & semper paulū gerit ultra
Nam quanuis prope te. quanuis temōe sub uno
Vertentem sese frustra sectabere cantum.
Cum rota posterior curas & in axe secundo.

consequendum: recteque philosophandum libertate animi opus esse demonstrat. Velina tessera. An quia ius suffragiorum in tribubus habentes munera a diuisoribus capiebant: An potius ad cæsarium morem respexit: qui frumentum quandoque populo diuidebant. Velina uero regio in urbe est palatino monti coniuncta. in qua Valerii publicolæ domus & uictoria deorumque penatium ædes erat: Dicta autem uelina est: quod ibi pastores palatini uellere

**Libertate opus est: non hac qua quisque uelina
Publius emeruit scabiosum tessera far
Possidet: heu steriles ueri: quibus una quiritem
Vertigo facit hic dama est: non tressis agaso.
Vappa & elippus: & in tenui farragine medax:
Verterit hunc dominus momento temporis: exit
Marcus dama pape marco spondente recusas
Credere tu nummos: marco sub iudice palles.
Marcus dixit ita est: assigna marce tabellas:**

lana sit soliti. Prisci enim ante consuetudinem uellere lanam uellant: unde & uelina nominantur. Publius prænomen libarum ac quietem esse ostendit. Verum non hanc corporis libertatem ad sapientiam satis esse declarat. Tessera a tessera mensuræ genere diminutium tessera fit. Que interdum & symbolum bellicum est quod in aciem prodeuntibus dabatur: neque confusio inter milites orietur. Virgilius septimo: Classica iamque sonant in bello tessera signum: est præterea quatuor laterum tallus: quo aleam ludent. Martialis tertio decimo. Non mea magnanimo depugnat tessera tallo: Scabiosum far: An ut rem magis imminuat scabiosum quasi corruptum frumentum dicit. An uero ad glumem aristamque grani respexit: quorum in

uolueris tanquam corpus scabiæ granum operitur. emissos: sed a cupiditatibus solutos. Liberos esse significat. Ordo autem talis est. Heu steriles ueri: hoc est ignari ueritatis: quibus una uertigo id est per prætorem facta libratio: facit aliquid quem antea seruum: liberum ac quietem uideri possidet ne ueram libertatem que sic corporis seruitutem exuerit. Una uertigo: dominus seruum liberaturus eum ad prætorem ducens dextram apprehendebat atque ad se conuertebat: ut Apianus quarto de bellis civilibus libro scribit: libertate se eum donare dicens. tunc prætor uindicta eum tangens seruitio liberabat. Ille postea raso capite in templo feroniarum libertorum deæ pilleum assumebat. Cuius rei in amphitryone Plautus meminit. Quod utinam ille faxit iuppiter: ut raso capite portet pilleum. Hic dama est: hic uilis seruus & nequam est & eum quia dominus liberarit: existimas liberum factum esse: Dama autem serui nomen est: quo & Horatius utitur. Tu ne syri dame aut dionysii filius audes deicere e saxo ciues. Non tressis: non trium assium pretii. Agaso: Serui nomen hoc loco ut apud horatium quoque ponitur. si patinam pede lapsus frangat agaso. Alii actorem equorum significat: Plinius quinto & trigesimo de anthimone pictore: pinxit & in una tabula: quaque maxima inclaruit: agasonem cum equo. Vappa: uinum quod iterum sponte deferbuit: saporemque amisit uappæ nomen accepit. Quod Plinio teste quartodecimo libro probrosus quoque hominibus est: cum eorum animus denegauerit. Vappa itaque pro uili & ignauo & nugatore accipitur. Hor. in sermonibus. Non ego auarum. Cum ueto te fieri: uappam iubeo aut nebulonem. Et in tenui farragine mendax. Sub specie libertatis per que tesseram suam farris obtinuit mendax tamen est quia cum liber appareat uitii & turpitudini seruit. Farrago uero inde dicitur quod far ferro cæsus: aut quod primum in farracia segete seri coeptum. Exit marcus dama. Qui paulo antea cum seruus esset dama uocabatur mox a domino manumissus momento temporis marcus dicitur. Quod uiri romani prænomen est. Proprio. n. nomini Prisciano auctore prænomen præferebatur. uel differentiarum causa: ut alter ab altero nosceretur: uel quod cum sabinos in urbem receperunt: ad confirmationem coniunctionem illorum nomina suis nominibus præposuerunt: & inuicem sabinorum romanorum atque ex eo tempore seruatum est: ne nemo romanus prænominem careret. Quo quidem a seruis distinguebantur. Nam prænomena seruis indere non licebat. Prænomena uero sunt ut. P. Marcus: Gaius: Cn. & eiusmodi cætera. Itaque Persius publium: Marcumque dicendo quiritem factum esse demonstrat. pape marco spondente recusas credere tu nummos. Respondentis loquitur uerbis libertum esse: quoniam & pro alio spondere & tabulas subscribere possit: quod seruis negatum est. pape uero admirantis aduerbium est. Teren. in eunucho: pape superat ipsam thaidem.

Hæc mera libertas. Respondet poeta i manumissione meram libertatem non cōsistere. sed decora pronuntiatione hic uersus legendus est. Hæc nobis pillea donant. pilleum capite assumebat qui manu a domino mittebatur. Libertatis enim id signum erat. Appianus de bel-
 lis ciuilibus romanorum libro secundo. Ex his quidam pilleum in hasta præferebat liberta-
 tis signum: uniuersosq; ad ciuitatem patriam uocabat. An qsq; est alius liber Tripartita
 ratiocinatione se liberum eē colligit
 Primo enim proponit libertatem eē
 uiuere ut uelit. Deinde assumit licere
 sibi ut uelit uiuere. Postremo conclu-
 dit cum id sibi liceat: liberiorem se
 bruto esse. Aures mordaci lotus
 aceto. Habens aures aceto lotas be-
 neq; purgatas & eruditas & quæ nul-
 lis argumentationibus decipiantur.
 Nam cum acris & uehemens aceti na-
 tura sit eoque pulsus & nares & tem-
 pora & aures excitentur quod sensus
 erat ad ingenii scientiam transfudit.
 Licet illud & ut uolo tolle. Assumptio
 nem non probat: qua ille asserebat li-
 cere sibi ut uellet uiuere. ostendit au-
 tem neminem uiuere ut uult præter
 eum qui recta sequitur: & cui uiuen-
 di uia considerata atque prouisa sit.
 Vidicta postquam meus a prætore re-
 cessi: Postquā me liberū prætor fecit
 cur negas non licere mihi quodcūq;
 libuerit facere: his exceptis quæ legi-
 bus prohibemur. Vidicta uero uirga
 est: qua serui a prætore in libertatem
 asserebantur dicta autem a uindictio
 seruo est: qui coniuratos uolentes in urbem recipere tarquinos prodidit. Liuius secundo ab
 urbe condita. Prohæmum iudici pecunia ex ærario libertas & ciuitas data. Ille primum dici-
 tur uindicta liberatus: Quidam uindictæ quoque nomen tractum ab illo putant: uindictio ip-
 si nomē fuit. A prætore omnem magistratum cui pareret exercitus: prætorem appellauerunt
 unde & prætorium tabernaculum eius dicitur: & i castris porta prætorica: & præfectus preto-
 rio nuncupatur: sed partes quo tempore. L. Sestius primus ex plebe cōsul creatus est: Fusium
 camillum Marci filium primū prætorem urbanum qui in urbe ius diceret: creauerunt. Mox
 unico prætore nō sufficiente: q; multi peregrini in ciuitate uenirent: ali^o creat^o est pegrinus: q;
 pegrinis ius diceret appellatus. Procedente deinde tempore alii prætores creati sunt qui & in
 prouincias mittebantur. Dicitur uero prætor est: ut Varroni placet: quod iure præteret. Eius ma-
 gistratus insignia: trabea uestis: sella currulis: lictoresque sex cum fascibus extiteret: Masuri ru-
 brica: minium & rubrica eiusdem ferme coloris sunt: quibus quoniam clariore litteras face-
 rent: in scriptura uoluminum utebantur: sed quia capita legum librorumq; tituli rubrica i-
 scribebantur: rubricam pro lege denominauit. Masurius autem fabinus iurisconsultus clarus
 est habitus: Sed ira cadat naso. Noli irasci: irati enim quandoq; nares contrahunt. Rucofaq;
 sana. Irrisio quæ per desanationem fit: ut postica occurrere sannæ. Veteres auias Ineptas con-
 fabulationes quas puer ex auia didicisti Tibullus: hæc tibi fabellas referat. Nō prætoris erat
 Incipit ratione ostendere: prætorem non posse tenuia & acuta sapientiæ præcepta ignorantibus
 uiris dare: & propterea in libertatem quidem: quæ non nisi in sapientem cadit: posse con-
 cedere. Sābucam citius caloni aptaueris alto. Non me fugit cum sambuca musici istrumē-
 ti genus sit: hunc uersum fere ab omnibus legi: quod citius caloni alto musicæ rationem
 bueris: quam prætor uitiosam libertatem concesserit. Verum cum calones militum serui sint
 Sambuca quoq; machinæ bellicæ genus sit: ut in similitudine atque translatione uerborum
 perftet: potior sensus erit. Citius caloni seruo militari alto ac propterea rudi atque inepto
 iambucam intendendam aptaueris: hoc est rei militaris peritiam dederis: quam prætor

Hæc mera libertas: hæc nobis pillea donant.
 An quisquam est alius liber: nisi ducere uitā
 Cui libet ut uoluit licet ut uolo uiuere. nō sū
 Liberior bruto: mendose colligis inquit
 Stoicus: hic aurem mordaci lotus aceto
 Hæc reliqua accipio: licet ut uolo uiuere tolle
 Vindicta postquam meus a prætore recessi.
 Cur mihi non liceat: iussit quodcūq; uolūtas
 Excepto siquid masuri rubrica uetat.
 Disce: sed ira cadat naso: rugosaque fanna:
 Dum ueteres auias tibi de pulmone reuello.
 Non prætoris erit stultis dare tenuia rerum
 Officia: atque usum rapidæ permittere uitæ.
 Sambucam citius caloni aptaueris alto

uitiosos libertate donauerit. Est uero sãbuca ut Festus ait. machina bellica. quam in urbium expugnationibus intendebant: dicta quod ut uoces in sambuca organo: sic funes in ea machina intenduntur. Calones autem militum serui sunt castra sequentes: uel a calis idest a lignis & fustibus quos gestabant: uel a calando cognominati: hoc est quia ad ministerium uocarentur. Calare enim uocare est. Vnde & calendæ. A quibus nonnulli dictos quoq; calones putat quod calendarũ die cibaria caperet.

Stat contra ratio: & seceram gannit in aurẽ
Non liceat facere id quod quis uitiat agẽdo
Puplica lex hominũ: naturaq; cõtinet hoc fas:
Ut teneat uetitos inscitia debilis actus:
Dilluis helleborum certo compescere puncto
Nescius examen: uetat hoc natura medendi.
Nauim si poscat si peronatus arator
Luciferi rudis: exclamet melicerta perisse
Frontem de rebus: tibi certo uiuere talo
Ars dedit: & ueri specimen dignoscere calles
Nequa sub ærato mendosum tinneat auro:
Quæque uitanda forent: quæq; sequẽda uicissim
Illa prius creta: mox hæc carbone notasti.
Et modicus uoti presso lare dultis amicus
Iam nunc astringas: iam nunc granaria laxes:
Inque luto fixum possis trãscendere nummum:

Quod quis uitiat agẽdo. Quod si agatur uitiosũ sit. Nihil uero præter rectum fieri licet Publica lex hominum natura que continet hoc fas. Leges omnes aut diuinæ aut humanæ sunt. Humanæ moribus diuina natura constant Fas lex diuina est: In humana: Ait ergo & humana & diuina lege hoc constare: ut uitia fugiamus: neque per ignorantiam excusemur. Ut teneat uetitos inscitia debilis actus ut etiam inscitia ac rudes a quibus debeant abstinere cognoscant: Inscitia debilis. ignorantia enim mortales imbecillos ac debiles contra cupiditates reddit. Dilluis helleborũ: similitudine probat insipienti non licere ut uelit uiuere: neque ei libertatem concedere quenquam posse: quemadmodũ medicina ac nauigationis experti: neque pharmacorum confectio: neque nauis gubernatio permittetur. Hellebori autem genera duo sũt: Nigrum quod purgat per inferna. Candidum quod uomitione causas morborum extrahit: Peronatus arator: Perone calciatus. Est enim pero calciamentũ rusticum ex corio contra ibres niues que ac frigora paratum. Iuuenalis li

bro quinto. Quẽ non pudet alto per glaciẽm perone tegi. Virgi. libro septimo priscos latinos perone in bellis usos ostendit. Vestigia nuda sinistri Instituire pedis: crudus tegit altera perone. Luciferi rudis: nauigationis ignarus cum uel eam stellam: quæ cunctis inotescat ignoret: Lucifer sane idem quod hesperus est: Sed cum plurimũ distat a sole: facta uicina occidentibus plagis exacta: prope modum nocte apparet: Lucifer: quia tunc maxime luceat: appellat Hesperii uero nomen accepit: quod in eois uespere post occasum solis appareat. Exclamet melicerta perisse frontem de rebus. Pudorem omnem & uerecundiam: quæ maxime in fronte dignoscitur: Interisse Melicerta nautarum deus clamitans cõqueratur. Melicerta uero Inonis & Atamantis regis thebarum filius patrem: cum matre fugiens se una præcipitauit in pelagum. Ambo uero in deos marinos miseratione deorum conuersi sunt Ino in matrem matutam: quæ & leucotoe. Melicerta importunum qui & palemon etiam dicitur. Hic a romãis: ut scribit Festus: inter deos colebatur. Nautæ quoq; eum uenerabantur. Virgi. in geor. Votaq; seruati solent in littore nautæ Glaucog; & panopeæ & Inoo Melicertæ. Recto talo: Recta uia & ratione. Quod a tallo calcis osse translaturum est: Talis. n. & cruribus non obtortis recte inceditur. Sub ærato auro: Cum aurum extra appareat: æs intus existens. Creta: colore albo & benigno. Carbone: nigro colore ac subinde noxio. Presso lare: Lar domesticus deus est: qui pro ipsa domo interdum ponitur. Hora. Qui patrium mimæ donat fundumque laremque: paruam igitur & modestam domum intelligit. Iam nunc astringas iam nunc granaria laxes: Quantum debes & potes quibus decet impartiare Granaria autem loca in horreis sunt seruandis seminum granis parata. Inque luto fixum possis trãscendere nummum. Vel de puerorum consuetudine tractum est qui nummum filo alligantes: in latum que iacentes si quis eum colligere uoluisset per filum occultatum ad se trahebant illius auariciæ illudentes. Vel potius turpe lucrum ex sordido quæstu partum intelligit:

Nec gluto sorbere saliuam mercurialem. Nec cum magna anxietate lucro inhiare. A gulosis uero translatum est. nam a gula gluto: gulosus dicitur: & sorbere ad nimiam gulositatem refertur. Ipsa quoque saliuam i ore est: quam pro lucri cupiditate per translationem posuit. Cui quia mercurius præest mercurialem cognominauit prætoribus ac ioue dextro. Humano: diuinoque iure concedentibus. Fronte politus: ferens præ te speciem boni uiri intrin-

secus plenus dolorum sis. Vapido sub pectore: Astuto a uapore. Qui. n. calidiore sanguine sunt ingenio: & astutia magis ualent. Vulpi uero astutia tribuitur. Funemque reuoluo. Iterum te in seruitutem redigo cū paulo antea: si careres his uiciis libertatē concesserim: Nil tibi concessit ratio. nunquam tibi ratio dederit: ut uitis seruiens liber sis. Digitum exere. A parte proficere. quod a pugnantibus tractum est pollicis erectioe se uictos fatentibus: Ecquid tam paruum ē. Ecquid separatim per interrogatōes legendum est. Respondētis enim uerba sunt admirantis simul & scilicetis cur ob tā parua uicia libertate carere putandū sit. Sed nullo ture litabis: Nullis donis a superis impetrabis ut i quibus uitiositas est: uirtutis pars aliqua ac propterea ne libertas quidem eē possit. Semiuncia uero media uncia est a femis: quod medium significat deriuata. Nec cū sis cætera fossor. Quemadmodum fessores iepti & agrestes homines imitari nulla mimos i parte sciunt: sic uitis de diti nequeūt exercere uirtutes. Batillus autem Neronis æuo ioculator ac saltator eximius fuit. Iuuenia. Molli saltante batillo. Tuscia uesticæ non ipe ret. Satyri uero dii siluestres petulantia ac saltatores i antiquis comoediis inducuntur quorum personas itheatro mimi plerumq; assumebant. Liber ego: Asseruātē aduersarius liberum se eē affirmat. unde datum hoc

sumis. Respondet poeta cū tot uiciis subditus sis: unde tibi libertatem audes assumere. An dominum ignoras nisi quem uindicta relaxat. An non credis aliū tibi eē præter eū a quo te prætor liberauit: quibus uerbis ostendit non eum qui uindicta prætoria liberetur: sed qui uiciis non seruiat: liberum esse. I puer & strigiles: Seruitutem corporis non tam artam quam animi esse ostendit. Dicit enim. Si quid ab hero facere iussus sis: hæc seruitus corporea nihil animum tuum perturbat. At si intrinsecus uiciis seruis: uehementius angeris: quam qui metu uerberum hero paret. Strigiles uero ad fricandum & polliendum corpus paratæ sunt: a stringendo hoc est tergendō & radendo cognominatæ. Puer autem pro seruo ponitur. Horati. infer. An hic peccat sub noctem qui puer uiam furtiua mutat strigili. Qui tu impunitior exis atq; hic. Ex horatio sumpsit: qd tu impunitior illa: quæ puo sumi nequeūt obſidia captas: quædam qui pro cur & quare legunt: ut qui fit mæcenas: atq; uero pro quā cōparantis aduerbio ponitur. Idē. n. sermonum. Non se peius cruciauerit atq; hic. Scutica: Scytæ græcæ: pellis latine dicitur. Vnde scutica genus uerberis e. loris facti deducitur. Mane piger stertis. Altercationem inter se auariciæ ac luxurie ponit: quarum utrius qui obtemperat nullo pacto liber esse queat. Eya: Hortantis aduerbium est. Horatius primo sermone. Eya quid statis

Nec gluto sorbere saliuam mercurialem:
Hæc mea sunt teneo: cum uere dixeris esto
Liberq; ac sapiens prætoribus ac ioue dextro:
Sin tu cum fueris nostræ paulo ante farinae
Pelliculam ueterem retines: & fronte politus
Astutam uapido seruas sub pectore uulpem
Quæ dederam supra repeto funeq; reduco:
Nil tibi concessit ratio: digitum exere: peccas.
Et quid tā paruum est: sed nullo ture litabis
Hæreat in stultis breuis ut semiuncia recti.
Hæc miscere nefas: nec cum sis cætera fossor
Tris tātū ad numeros satyri moueare batilli
Liber ego. uñ datū hoc sētis tot subdite rebus
An dominū ignoras: nisi quē uindicta relaxat
I puer: & strigiles crispini ad balnea defer:
Si increpuit: cessas nugator seruitium acre
Te nihil impellit: nequicquā extrinsecus irat
Quod neruos agitet: sed si it? & i iecore ægro
Nascuntur domini: quin tu impunitior exis:
Atq; hic quē ad strigiles scutica & met' egit he
Mæe piger stertis surge iqt auaricia' eya rilis
Surge. negas: i nstat surge iquit. n̄ queo. surge

En quid agam: Desidis dubitatio quid si surgat agendum sit. Rogitas: Auariciæ uerba eum quid facere debeat admonentis. En saperdam aduehe. En & ecce ostendèris aduerbia sunt: & separatim a reliquis hoc in loco en debet pronunciari. Saperda uero: ut Festus ait: pessimi piscis genus est. Castoreum: Castor & fiber ponticum animal idem est testiculos sibi amputans urgète periculo: ob eos se periturus. In usu enim medicis sunt Horrendi qui

En quid agá: rogitas: en saperdam aduehe pōto
Castoreum: stupas: hebenum: tus: lubrica coa
Tolle recens primus piper e sitiēte camello:
Verte aliquid: iura sed iuppiter audiet. heu heu
Varo regustatum digito terebrare salinum
Contentus perages si uiuere cum ioue tendis
Iam pueris pellē succinctus: & œnophorū aptas
Ocuis ad nauem nihil obstat: qui trabe uasta
Aegæum rapias: nisi sollers luxuria ante
Seductum moneat: quo deinde ruis? quo?
Quid tibi uis calido sub pectore mascula bilis
Intumuit: quam non extinxerit urna cicutæ
Tum mare transilias tibi torta canabe fulto
Cœna sit in transtro. ueientanūq; rubellum
Exhalet uapida læsum pice sessilis obba.
Quid petis ut nūmi: quos hic quincūce modesto

dem animal morsus é. Nam si hominem comprehenderit. non ante mortuum resoluit: quam ossa infracta concreuisse senserit: Caudam uero piscium similem: cæteram speciem lutræ habet. Hebenum hebeni arboris indicæ genera duo sunt. Vnum fruticosum citisi modo. Alterum rarū e nodi trunco. Materia eius nigri ac iocūdi splendoris est: quam accedi negat. Eam pompeius magnus mitridatico triumpho prim^o exhibuit. Lubrica coa: Vina coa uel aluū soluentia uel quæ sine palati asperitate potentur ob eorum lenitatem. Tolle prim^o: prim^o ait quia minus lucrantur qui in mercibus emendis postremi sunt. Sitiēte camello præproperâ negociatoris festinationem ostendit. In quatruduū enim sitim hoc animal tolerat: Verum cum bibendi facultas datur: tantum implet quantum præteritâ sitim expleat & in futurum diu proficit. Iura: Vel quod citius ac melius uendas: uel quia ut Hora. inquit: Laudat uēales qui uult extrudere merces. Sed Iuppiter audiet: adolescētis uerba: louem si ita iurauerit auditurum. Heu heu. Auaricia admonet: si metu deorum teneatur: pauperem semper futu-

rum Vareio stulte ac non recte sentiens: Auaris translatum: qui itrorum crura intorta gerunt. nam qui in exteriorem partem obtorta habent: uacii appellantur. Var. de re rusti. libro secundo de canibus scribens. Cruribus rectis ac potius uaris quam uaciiis. Iam pueris pellē hæc ex poetæ persona dicuntur ostendentis illum iam auariciæ parere uelle. Dicit enim: iā te paras ad nauigandum. Oenophorum uas: Vas est uinarium. Ioue. Totum œnophorum sitiens. Ocuis: Ab ocys uerbo græco: quod cito significat ocuis & ocuissime aduerbia: & ocuor & ocuissimus nomina deriuantur. Sollers luxuria. Ingeniosi contra auariciæ adhortatiōes. Alias enim deses & lauta est: nam luxuria nimia rerum profusio ac supra pudorem est: unde luxuriosos in re familiari pdigos & solutos dicimus. Quo deinde in sane ruis quo luxuriæ uerba adhortantis ne auaritiæ deditus pperuis cruciatibus torqueatur: sed domi ociose degens gnio suo indulgeat. Calido sub pectore mascula bilis intumuit: q̄ nō extinxerit urna cicutæ. Hoc p parētēsim legis: & poetæ attribuit. ait. n. pp luxuriæ reprehēsiōē c̄tra auariciæ tuæ cupiditatē quæ iubet ut nauigādi iniam mutes ita irascaris: ut nō solū obolo aut drachma cyato ne aut acetabulo: sed ne urna qdē cicutæ ab ira eiusmodi Purgari possis: Cicutæ uero licet hōi: ut iqt lucre acre uenenū sit: ad multos tamen usus ac præserti ad refrigerādū stomachum ualet. Itaq; cum bilis ardore intumuisse poeta dixerit: ut medicinæ artis peritus: cicutā in fmedio posuit. Ueiētānūq; rubellū. ueiētānū uinū pessimi saporis ueiētano hætruriæ agro nascit. Hor. Qui ueiētānū festis potare diebus Cāpana solitus trulla. Rubellum autem a rubro color dimiutiū ē: quoniā ueiētānū uinū rubeat nā a rubro rubellum deriuari. Pli. xiiii. auctor ē. Proxia dignitas nomētānis rubēte materia. Quapropter qdā rubellas appellaue re uineas. Vapida pice: Ad uasa uino condendo antiqui pice utebant. Sed si ea fumidum uirus: aut adustionem: acorēq; sentiret: uina non parum lædebantur. Sessilis obba: poculi lignei genus Marcello auctore obba est: quæ cum fundo latiore sit: sedere uideatur. Quicūce modesto. Modestiore ac temperatiore lucro. Quicunx uero quinq; uncia sunt.

Auidos sudare deunces: Qui maiori lucro inhiant: maiores quoque labores periculaque suscipiunt: propter quod sudare quasi cum maiore sudore discrimineque parare auidos de unces dixit. Atque auidos dicendo id nummis quod auari hominis erat: dedit. Deūx uero un decim uncias continet quasi una uncia ex asse dempta. Nostrium est quod uiuis. In uoluptate corporis bonum ponit: cum ex nobis post obitum nihil restet. Hoc quod loquor inde est

Hæc etiam quæ nunc loquor elapsa sūt. Nam ut ait Hora. Dum loquimur, fugit inuida ætas. En quid agis? Sciscitatur poeta cum ita ab auaricia & luxuria pessimis ac diuersis inter se malis abhortetur: utram sequatur cum alterutrâ sectari oporteat. Nā luctata canis nodum arripit. Quæ admodum nec canis si catenæ nodū luctando abruperit quanuis fugiat libera ē: quia magnam partem catenæ a collo trahit: qua iterum paulopost capitur. Sic tu si semel atq; iterum uitis obstiteris: non propterea te ab eis liberum esse putes: cū ab illis non multo postea iterū illigeris. Daue cito hoc credas iubeo Exemplo probat nō liberos amatores esse Cherestratū autem amicam chrysidem relinquere meditantem orta inter eos dissensio ne cum dauo seruo loquentem inducit: quod ex Menandri poetæ fabula sumptum est. Siccis cognatis Sobrii Ipse enim se mox ebrium appellauit. Cognati uero e matris. Agnati e latere patris sunt. Vdas fores propter unguenta quæ spargebāt amicæ postibus amatores. Exincta cum face Lōgiorem moram significat: cū tantum ad amica limina pernoctarit ut etiam fax tota cōsumpta sit: Euge puer: Dauī uerba sunt heri consilium approbantis: atque ut diis hunc morbum depellentibus agnam feriat adhortantis. Sed censen plorabit daue relicta. Cherestratus more amatium qui ab indignatione ad commiserationem momento temporis iueruntur: dauum interrogat: an chrysis a se relicta desertum amorem sit defletura.

Nugaris. Dauī: uel poetæ potius: sub Dauī per sona uerba sunt: fore eum sub imperio chrysidis ostendētis. Solea rubra hoc ex re ipsa deductum est. Dominæ enim quandoque amatores suos percutiunt: cum illos sibi deuinctos intelligunt. Iuue. Et solea pulsare nates. Ne trepidare uelis: Ne uelis festinare hunc amorem in cassum abscindere cum seruus illius sis. Trepidare autem interdum festinare significat. Virgi. quarto æneidos. Dum trepidant alæ: saltusque indagie cingunt. Atque artos rodere casses Sumpta translatio est a feris: quæ plagis comprehensæ rodere illas festinant: ut effugere inde possint. Casses uero retia sunt. unde & cassum pro inani & uano: & incassum aduerbium id est frustra quasi absque cassibus: sine quibus uenatio est inanis: deducitur. Haud mora Absque ulla mora & tarditate. Quidnā igitur faciā: Phedriæ i eunucho apud Terentiū uerba sūt cum parmenone seruo dicētis exclusū se a thaide ad illā etiā si se oblectet nō reuerfuge

Nutrietas: peragant auidos sudare deunces.
Indulge genio: carpamus dulcia nostrum est
Quod uiuis: cinis & manes: & fabula fies.
Viue mēor læti: fugit hōa: hoc q; loquor ide ē
En quid agis duplici in diuersū scinderis hāo
Huccie. an hūc seq̄ris subeas alternus oportet
Ancipiti obsequio dom inos alternus oberres
Nec tu cū obstiteris semel instantiq; negaris
Parere imperio: rumpi iam uincula dicas.
Nam luctata canis nodū arripit: ast tamen illi
Cū fugit a collo trahitur pars longa catenæ:
Daue cito hoc credas: iubeo finire dolores
Præteritos meditor crudū cherestrat? i unguē
Abrodens ait Næc: an siccis dedecus obstem
Cognatis an rem patriam rumore sinistro
Limē ad obscoenū frangā dū chrysidis: udas
Ebrius ante fores extincta cum face canto.
Euge puer sapias diis depellentibus agnam
Percute: sed censen plorabit daue relicta.
Nugaris: solea puer obiurgabere rubra
Ne trepidare uelis: atq; artos rodere casses
Nūc fer? & uiolēs: at si uocet haud mōa dicas
Quidnā igitur faciā: ne nunc arcessor: & ultro

Si totus & integer: Si te totum ab eiusmodi seruitute animi libertatis: tunc te uere libere iudicabo: non autem eum: qui uindicta prætoriam quam festucam cognominat: liberetur. Ineptus: non aptus & impotens: a seruitute animum liberare. Ius habet ille sui palpo. Ambitiosos quoque ostendit sui potestatem non habere & honorum cupiditatibus in seruire palpo uero blâdiri est: Vnde palpo pro adulatore atque blanditore deducitur. Cretata ambitio

Supplicet accedam: si totus & integer illinc
Exieris nunc nunc hic hic: quæ quærimus hic est
Non in festuca: licetor quæ iactat inæptus:
Ius ne habet ille sui palpo quem ducit hiantē
Cretata ambitio: uigila: & cicer ingere large
Rixanti populo: nostra ut floralia possint
Aprici meminisse senes: quid pulchrius: at cū
Herodis uenere dies: unctaq; fenestra
Dispositæ pinguem nebulam uomuere lucernæ
Portantes uiolas: rubrumque amplexa catinū
Cauda natat tini: tumet alba fidelia uino
Labra moues tacitus: recutitaq; sabbata palles.
Tum nigri lemures: ouoq; pericula rupto
Tunc grandes galli: & cum sistro lusca sacerdos
Incussere deos inflantes corpora si non
Prædictum inter mane caput gustaueris alli

Candidata: nam summos honores petituri in campum martium candidati descendebat. Et cicer ingere large: Vetusiores ediles legumina populo floralibus ludis dabant. Horatius. In sermonibus in cicer atque faba bona tu perdasque lupinis Latus ut in circo spaciare. Floralia: ut Varro de re rustica primo refert. Robigū & floram deos agricolarum ueteres maxime coluerunt: quibus adiutoribus frumenta atque arbores rubigine non consumerentur & tempestiue florent. Itaque robigini feræ robigalia: & flore floralia ludi maio mense sunt instituti. Aprici senes: Aprici dicuntur senes qui locis apricis gaudet aprica tōneque delectantur. Aprica quoque dicuntur loca a sole aperta & frigoris horrore carentia. Vir. Duceret apricis in colibus uua colorem. Quid pulchrius: uel hironice a poeta platum est: quod si turpe sit per summam ambitione honores quærere: uel ambitio si uerba sunt: nihil pulchrius esse quam populo placere dicentis. At cum herodis uenere dies: superstitio: cū uano semper metu deterreantur: non li

beros esse dicit. Herodis dies: sabbata quæ a iudeis concelebrantur: quorum rex herodes fuit. Vnctaque fenestra: Eorum ritum in sacris enumerat. Nam iudæi accenso candelabro urebantur: quod uiolis adornatum: ad fenestramque positum dicit inuncta oleo candelabri lucernarum. Recutita sabbata quæ a iudæis circuncisis concelebrantur. Recutiti enim iudei a circūcisa penis cute sunt appellati. Vnde & apellæ quasi sine pelle cognominantur. Horatius. i. sermonum. Credat iudæus appella. Nigri lemures: Umbrae uagantes hominum ante diem mortuorum lemures: quasi remules dicte sunt a Remo: cuius occisi umbras cum Romulus frater placare uellet: parentalibus quædam instituit remulia appellata: quæ mense maio per triduum celebrabantur. De lemurebus Hor. in epistolis meminit nocturnos lemures portentosa thessala rides. Ouoque pericula rupto: ouium in superstitione haberi & Iuu. testatur metuique iubet septembris & austri Aduentū nisi se centum lustrauerit ouis: Adeo autem superstitiosi erant: ut si in eiusmodi expiationibus ouum ad aram positum frangeretur putaretur non sine periculo id futurum. Tunc grandes galli: Matris deum sacerdotes galli uocantur a gallo phrygie flumine: cuius aquam potantes in furorem uersi testa samia sibi uiriliter amputabant. Grandes uero ait quia: ut Strabo meminit: præpotentes quondam erant ac propter deæ reuerentiam cæteros sacerdotes præbant. Ipsa quidem & didimena & cibeles & pessinuntia dicta est. Et cum sistro lusca sacerdos: Io inachi filia: ut flaccus argonauticon quarto refert cum post longos errores in egyptum tandem uenisset: Io uis commiseratione e uacca in deâ conuersa atque in cælum recepta. Isis postea dicta est Hec maxio in honore diuersis in partibus orbis fuit: romæque templum iuxta ouiliam meruit. si sistro uero cornu in curuum est: quod ipsa dea gestabat: ut aspide cincta comas & ouanti persona sistro apud eundem Flaccum. Sacerdotum autem in sedibus uel corporis uel animi uitio luscam dixit Incussere deos inflantes corpora. Metum deorum corpora uariis morbis inflantium incusserunt

Emper.

Dixeris hæc: Si hæc quæ ad ueram libertatem pertinent inter militares uiros dixeris: statim rideberis. Varicosos, Laboriosos & duros. uarices enim eminentiores uenæ in cruribus sunt: quæ interdum stantibus; nimiumque laborantibus oriuntur. Crassum ridet: Vehementer ac multum ridet. Nomen enim pro aduerbio posuit. Curto centusse licetur: Centum philosophos parui æstimat. Centussis uero accentum assibus dicitur quem curtum dicendo p exiguo precio ponit. Liceri autem & licitari est precium ultro in actionibus deferre cum in rebus emendis aliis alio maius precium pollicetur.

Dmouit iam bruma foco .
Mediocritate seruaturus in
eos inuehitur qui ut græde
patrimoniū hæredibus suis relinquāt
auariciæ intēti sordide uiuūt. Bruma: Bruma a breuitate dierum dicta
quinto & uigesimo decembris die inchoat: quo scit in capricorno hyemale solstitium. Aqua brumales dies: quæ sunt circa brumam cognominantur.

Basse: Cæsius basus poeta lyricus
Neronis tempestat e floruit: quæ se uidisse
se Quintilianus testatur eum iter lyricos
numerans: horatioque adiciēs. Tetrico
pectine. Seuero & graui stilo. Aluist
autem ad montem tetricum dans id
carmini quod est mōtis. Est enim tetricus
In sabinis asperrimus. Vnde tetricos
homines: tristes seuerosque dicimus.
Virg. vii. Qui tetricæ horrentis rupes:
montemque seuerum. Casperiamque colunt .
Sabinorum autem

gens antiquissime italiæ habita angustam admodum regionem incolit a tiberi nomen
usque. Marem strepitum: Masculum & uirilem sonum. Fidis latinæ: Corda citharæ fides
est: dicta quod tantum eius inter se corda: quantum inter homines fides concordet. Mox
iuuenes agitare iocos. Lyrici poetæ & iuuenum curas & iibera uina: ut scribit Horatius: re
ferunt. Pollice honesto: Decenti & ornato stilo propter fides: quæ pollice agitantur.

Mihi nunc ligus ora intepet. Ad dexteram italiæ sub alpiibus ad macram usque liguria
est. Hibernatque meum mare. Eusebius temporum libro Persiū uolateranum esse scribit.
Ipse uero cum se Iuuenēs in portu degere: ligusticumque pelagus suum esse: ut qui inde traxe
rit genus dicat suam: profecto patriam liguriam esse significat. A uicinitate se appellat ligu
rem dicit quispiam. An uero credendum est cum lunæ portus a uolaterris distet stadia cir
citer septingenta se ligurem pro tusco appellauisse Mare enim quod uada uolaterrana ablu
it: non ligusticum sed tuscum dicitur. An igitur Eusebium putas. Nullus temporum scrip
tor est: in tam longa præsertim serie: qui non Iulabi quandoque possit. Quin ipse idem Ennium
tarentium appellat. Quem rudiis ortum esse Silius italicus libro duodecimo auctor est. ut
Rudie genere uetuste: Nunc rudie solo memorabile nomen alumno. Quod & Poppo
las scribit. Post barium & gnatia & Ennio ciue nobiles rudie. Hibernat: Hibernare dicitur
pelagus: cum nauigari per hyemē nequit quoniam tunc naues in portus: ut milites in hiber
na secedunt. Qua latus ingens dant scopuli. Lune quondam: spediæ nunc portus natura lo
ci munitissimus in sulam uel scopulum potius e regione paruo admodum interuallo disiun
ctum habet: ambitus stadiorum quadraginta: qua parte latus igens scopulos dare scribit. Nā
a ueneris propinquo oppidulo per hoc angustum latus in portum spediæ nauigatur. Et lit
tus multa se ualle recepat. Lune portus ab utroque latere altis montibus cinctus: in arcibusque
Opere precium est hūc ut portū quæstus gra cognoscatis. Huc. n. cū plurimi negociatores lucri
ca nauigarēt nimiam romanorum cupiditatem reprehēdēs: hirōice hūc portū cognoscendum demō
strat. ē uero poetæ Ennii uerū quæ iō suis inseruit: ut ei auctoritate atque auctoritate solū patriū

Dixeris hæc inter uaricosos centuriones:
Continuo crassum ridet uulpenius ingens:
Et centum græcos curto centusse licetur.

Satyra sexta.

Dmouit iā bruma foco te basse sabio.
Iā ne lyra & tetrico uiuūt tibi pectine chordæ
Mire opifex numeris ueterū primordia uocū.
Atque mare in strepitum fidis itēdisse latinæ
Mox iuuenes agitare iocos & pollice honesto.
Egregios luisse senes: mihi nūc ligur & ora.
Intepet: hibernatque meū mare: qua latus igens
Dant scopuli: & multa littus se ualle recepat

commendaret. Lunensi s autem portus in quinto. Strabo his uerbis meminit: horum luna q dem ciuitas & portus est. Græci autem & portum & urbem selenes: id est lunæ appellant: ue rum ne quis ductus similitudine nominum eodem in loco portum & urbem esse putaret lu næ portus ab urbe alto monte seiungitur. Vrbs enim i hærruria ad macræ fluminis hostia sita est: portus autem in liguria positus ab ea distat circiter stadia octoginta. Cor enni En

Lunai portum est operæ cognoscite ciues
Cor iubet hoc enni postquam destertuit esse
Meonides quintus pauone ex pythagoreo:
Hic ego securus uulgi: & quid præparet auster
Infœlix pecori: securus & angulus ille
Vicini nostro quia pinguior & si adeo omnes
Ditescant orti peioribus usque recusem.
Curuus ob id minui seio haud cœnare sie uncto
Et signum in uapida naso tetigisse lagena.
Discrepet his alius: geminos horoscope uaro,
Producis genio. Solis natalibus est qui
Tangat olus siccum muria uaser in calice empra
Ipse sacrum irroras patinæ pipe: hic bona dente
Grâdia magnanimus pagit puer utar ego utar
Nec rombos ideo libertis ponere lautus:
Te tenuem solers turdorum nosse saluam

nia prudentia. Cordati enim sapietes dicuntur. Postquam destertuit eē Meo nides quintus pauone ex pythagoreo Refert Heraclides ponticus: ut Laer ti^o scribit: Pythagoram dicere solitū Se aliquando Aetalidem mercurium filium fuisse qui longo post tempore in Euphorbium. Deinde in Hermoti mum postea in pyrhum: nouissime in pythagoram commigravit: ad hūc igitur alludens Persius Enniū Quin tum ab Homero eē significat Meoni nides eni Home. dicit: uel a Meone patre: qui nepte Critaide uitiata Ho merum genuit: ut Euphor^o cumeus in libro de patriis rebus scribit: Vel a Meone lydorum rege: qui infantē Ho merum suscepit: ac liberaliter educa uit: ut Aristotiles in libro de poetica meminit. Securus uulgi: negligens & cōtemprior: Virgilius primo ænei dos. Securus amorū germanæ. Au ster infœlix pecori. Ostendit se auariciæ non intentum. Auster uero: qui & notus dicitur: a meridie autumnali tempore spirans uarios morbos ex citat. Securus & angulus ille uicini

nostro: quia pinguior: Nec inuidia laboro: quod uicinus me ditior sit. Angulum uero p præ dio: totum a parte ponit: Vel uicini campum intelligit. Et si adeo ditescant orti peiori bus: Quamquam omnes peioribus orti parentibus & ipsi quoque deterrimi ditiores in dies fiunt. Adeo autem multum & ualde significat. Usq̄ recusem. curuus ob id minui senio di tioribus inuidendo: nec sibi mortem acceleraturum: nec genium suum defraudaturū promit tit. Sine uncto: Nimis parce ac fordide. Et signum in uapida naso tetigisse lagena. De fordi dorum atque auarorum consuetudine tractum est qui uel usque ad fecem uini: Nequid in cado super sit: potant. Cuius in fundo signum aliquod sculptum est. Discrepet his alius: Alium a suis moribus discrepantem: sordideque uiuentem demonstrat. Geminos horos cope uaro producis genio. Diuersa contrariaque natura eadem hora ortos producis. Horosco pus uero genesis est inspector. Varo genio: genus pro natura cuius est deus accipitur. Varum autem intortum significat ut fallit pede regula uaro. Solis natalibus: auari sordes etiam in natalib^o exprimit: in quibus largius & abundantius uiuitur. Muria: Salsugo ex li quore piscium facta muria est: ut Plinius primo & trigesimo libro scribit. Quam cum in ca lice paruo admodum poculo empra dicat: hominis auariciam declarauit. Irrorans: leuiter tenuiterq̄ ispargens. Hic bona dente: grâdia magnanimus pagit puer cōtrariū superiori addu cit bōa sua, pdigaliter cōsumētē. Utar ego utar: se modū seruatuz pollicet. Nec rombos: non rombos libertis apponā. quod pdigalitatē nimix nota ē: Rombus enim apud maiores i pre tio fuit præserti Rauēnæ captis. Nec tenuē solers turdoz nosse saluā: nec se gulosū futuz

dicit: ut tenuem saporem turdorum: & quæcunque suauiora palato sunt discernere calleat. Saliua enim propter saporem ad gulositatem trãffertur. Turdus uero ut Martialis asseuerat in ter aues gloria prima est. Hotatius quoque obeso nil melius turdo ait. Messe tenus propria uiue. Vitam ducas iuxta rerum tuarum facultatem & copiam. Ten⁹ enim præpositio est: pro pinquitatem significans. Quæ & interdum accusariuo coniungitur. Flaccus in argonautice Et tanim tenus immenso descēdit ab euro. Nonnūquam & genitiuo. Virgilius in georgicis: Et crurum tenus a mento palearia pendent. Quid metuis? Adhortatur ne honeste cōsumere id metuat: quod terra parens benigne: post paulo sibi reddet. Occa, seges altera in herba ē. Que exuperat tibi ipsi comminuens pauperibus diuidas. Mox enim eadē reparabis. In trãffatōe autem uerborum agresti similitudine permanet: Occare enim glebam occidere & comminuere est. Varro de re rustica libro priō. Vineas nouellas fodere aut arare & postea occare & deinde comminuere ne sit gleba dura: quod ita occidunt: occare dicunt hic quoque occator: qui glebas ita occidit auctore festo cognominat. Aft uocat officiū: Non his modo quæ ex prouētibus superant: sed substantiis propriis amicos iubleuādos affirmat

Trabe rupta: naufragiū factum ostendit: trabem pro nauī quæ ex tra-

bibus necitur, ponens. Brutia saxa: Brutium littus italiæ super lucaniam ē. & ad auripum usque siculum pertinet stadiorum spatio mille trecentorum & quinquaginta. Fuere autem brutii lucānorum pastores: quibus quoniam transfugerunt brutii sunt appellati. Lucani enim brutios fugitiuos atque rebelles uocant. Surdaque uota: quoniam a diis non exaudiuntur.

Condidit ionio. In ionio mari naufragium passus rem omnem amisit. Ionium autem pellaus duplex est: alterum a ionia regione minoris asiæ appellatum: quod numerofo ambitu littorum: flexum ab ægeō ad hadriaticum mare continet: alterum in italiæ finibus: quod a lone Naulochi filia ab Hercule interempta: ut Solinus autumat nomen traxit. Ingentes de puppe dei: iocose in deos maris dictum: quorum simulacra prostrata eum iaceant: neque sibi neque inopi illi profuerint. Iamque obuia mergis costa ratis lacerat. iure costam ratis mergis obuiam factam dicit: clamore enim suo tempestatem denunciantes e medioque mari ad litus euolantes obuia ratum fragmenta offendunt. Virgilius primo georgi. Iam sibi tum curuis male temperat unda carinis: cum medio celeres reuolant ex æquore mergi. clamoremque ferunt ad littora: mergus uero quod se in aquam cibum captans immergat. cognominatur:

De cespite uero frange aliquid: de patrimonio aliquid minuens amico inopi largiaris Ne pictus oberret cærulea i tabula. naufragi casum suum in tabula pictum circumferebant: quo stipem aliquam corrogarent. cæruleam autem dicendo ad pelagi colorem respexit. Sed cœnam funeris hæres negliget: sub auari persona! poeta loquitur: si amicis propria bona diuiseris. iratus hæres funus & epulum negliget. Seu ipirent cinnama surdum: surde spirare ac redolere dicitur cuius uix odor sentitur. Cinnamum uero auctore Pli. in æthiopia nascitur: ei⁹ frutex duorum cubitorum altitudinis. quattuorque digitorum crassitudinis est: quoque magis nigrescat: plus probatur. Seu ceraso peccent casia: casia quoque in ethiopia nascens ceraso mixta odoratum unguentum facit mortuorum uero caduera diuersis unguentis condiebatur. Ipsa quidem cerasus a. L. Lucullo! post uictoriam mithridaticam e ponto in italiam aduecta est. Et bæstius urget doctores graios. Cum poeta quæ supra posita sunt tanquam ab auaro prolata dixerit: quod sequitur ab eodem i philosophos dicitur. Bæstius uero a bæstia deriuatur. Hora. Diceret urendos correptus bæstius idem.

Messe tenus propria uiue: & granaria: fas est:
Emole: qd metuis: occa & seges altera i herba
Aft uocat officiū trabe: rupta brutia saxa est.
Prendit amicus iops rē qui oēm surdaq; uota
Condidit ionio iacet ipse in littore & una
Ingentes de puppe dei: iamque obuia mergis
Costa ratis lacerare nunc: & de cespite uiuo
Frange aliquid largire inopi: ne pictus oberret
Cærulea i tabula: sed cenam funeris hæres
Negliget iratus: quod rem curtaueris urnæ
Ossa inodora dabit: seu spirēt cinnama surdū
Seu ceraso peccent casia nescire paratus.
Tu ne bōa i columis minuas sed bestius urget

Ita fit postquam sapere urbi cum pipere & palmis uenit:rem avarus dicit imminui postquam luxuria & græcorum philosophica disciplina ad liberalitatem adhortans in urbem uenit. Quo apud maiores parco assuetos: agendis que rebus magis quam philolophorum scholis intentos non contingeat. Quidam hæc non ab auaro: sed a Persio dici uolunt: ut sensus & ordo sit. Ita fit ut græci philosophi rideantur: postquam hoc nostrum sapere maris experts ante

Doctores graios: ita fit postquam sapere urbi
Cū pipere & palmis uenit nostrū hoc maris exps
Fœnisecæ crasso uitiarunt unguine pultes.
Hæc cinere ulterior metuas ac tu meus hæres:
Quisquis eris paulum a turba seducior audi.
O bone num ignoras missa est a cæsare laurus.
Insignem ob cladem germanæ pubis: & aris
Frigidus excutitur cinis ac iam postibus arma
Iam chlamydes regum: iā lutea gausapa captis
Essadaque ingentesque locat cesonia rhenos.
Diis igitur genioq; ducis centum paria ob res
Egregie gestas: induco quis uetat aude:
Ve nisi conuiues oleum artocreasque popello

quam transmarina in gulæ usum ad ueherentur in urbem cum pipere & palmis uenit: hoc est postquam luxuries tanta increuit quod si ita legerimus sapere a sapore deducit e' modi apud Horatiū: Fœcundi leporis sapiēs sectabit armos. Fœnisecæ crasso uitia rūt unguine pultes: postquā agrestes homines cœperūt unctius uiuere. Unguē enim ab uncto uenit: est uero unctum pingue in suis dorso: Puls uero antiquit' farina aqua indita tantum fiebat: mox ouo: caseo: melle aditis: si ne uncto tamen confecta est: pulque punica appellata. Hæc cinere ulte- terior metuas? Ad avari obiecta res pondet Persius se parcius nō uicturū quo magnificentius posthumerur. In- terrogat autem nū timeat quæ post mortem casura sunt. At tu me' hæ- res: Cernens avarum de hærede solli- citum: ad eum se uertit: qui su' quan- doque hæres futurus sit. O bone num ignoras: Ob caligulæ uictoriam

de germanis: se paria dicit centum maclare uelle. In quo magna impensa futura est: Missa est a cæsare laurus. C. Cæsar germanici & Agrippinæ filius: qui & Caligula dict' post Svberlum imperauit: unicam omnino germanicam expeditiōem suscepit. in qua memoria dignum ges- sit. Veruntamen: magnificas litteras Romam misit: præterque barbaros transfugas & cap- tiuos galliarum procerissimum quenque legit: quos i pompa catenatos adduceret: Ouans de inde urbem natali suo ingressus est. Et aris frigidus excutitur cinis. Cum uictoribus sup- plicationes decernebantur. ad aras templaq; deus sacrificabant. Quod nunc fieri ait litteris a Cæsare de germanica clade missis. Iam chlamydes regum: Vestis genus chlamys est: quam aliqui militarem existimant'. Lutea gausapa: gausape militare stramētum est. Luteus uero crocinus color a luteo pratensi flore: ac sine usu cognominatur. Persimilis autem colore est floribus genistarum & croco. Virgilius iam croceo mutauit uellera luto. Esseda: uehicula gallorum britannorumq; sunt. Virgilius in georgicis: Belgica uel molli melius feret esseda collo. Propertius. Esseda cælatis siste britannia iugis. Ingentes rhenos: uel quia Suetonius ait ad triumpho pompam procerissimum quenque legit: ingentes accolat rheni dicit: uel quia et fluminū simulacra in triumphis præferebantur. Rhenus autem fluuius gallos a germanis determinat. Cesonia: cesoniā luxuriæ ac laxiuiæ perditæ. Caligula uxore duxit ardētissime q; amauit. Genioq; ducis. Natali. n. suo urbē ouans intrauit. Ve nisi conuiues. Et nisi assen- ferit minitaf. Coniuere. n. est oculos claudere: qd' læpe faciūt anuētes. Cicero i pisonē: Ne cō- nuēte quidē te q; ipsū eēt scelus: sed etiā hilarioribus oculis q; solitus eras itēte. Plini' decimo Halietus tantū implumes etiā num pullos suos percutiēs subinde cogit aduersos itueri so- lis radios & si conuētē flentēq; anima aduertit. præcipitat e nido uelut adulterinum & de generem. Artocreas: ex pane carneq; fiebant artocrea. Artos. n. panē creos carnē significat

Dic clare: uisus est hæres ægro animo id tulisse ac propterea frontem aliquantulum con-
traxisse. Ob quod eum clarius atq̃ apertius loqui iubet. Haud audeo inquis exossatus ager
iuxta est. Prohibere inquis non audeo: ne saxis cædar: quorum plenus ager propinquus est. Sa-
xa enim terræ ossa existimatur: ut Lapidem in corpore terræ ossa reor dici: apud Ouidiū. Age
si mihi nulla iam reliqua ex amitis. Tacite obiectioni respondet. Nam dicere potuisset. Si pa-

trimonium dissolues propinquū hæ-
redem non inuenies. At ergo qui su-
am hæreditatem adeant non defutu-
ros. Amita autem soror patris est: Pa-
truelis filia patruī. Proneptis filia ne-
ptis. Patruus frater patris. Matertera
soror matris. Auia mater patris. Acce-
do bouillas. In appia uia bouillæ sūt
citra aritiam romam uersus. A sconi-
pro milōe. postera die occurrit ei cir-
ca horam nonam clodius paulo ultra
bouillas rediens ab aricia. Cluuium
que ad uirbi. Aritiam diana enim re-
uocatum ab inferis hyppolitum i ari-
tia nymphæ egeriæ cōmendauit: ubi
uirbius uerso nomine quasi bis uir ē
appellat. Progenies terræ: eius enim
principio generis nō reperto e terra
ortus apparet. Quere ex me. Ex me si
queras quis abauus mihi sit haud ti-
bi facile dixerim. Quod si atauū tri-
tauumque addideris. ad unum tan-
dem deuenies. cuius parens ignoret
atque ob id terræ filius iudicet: Ma-
ior auunculus. Auia frater. Qui
prior es cur me in decursu lampada
poscis: cum grādiōr natu sis cur me
am captas hæreditatem: cū tuam ex-
pectare potius debeam? Hoc autē uel
decursorum graiorum consuetudine
tractum est: qui ut Herodot. octauo
meminit: uulcano facē per uices fer-
re consueuerunt uel de tediferis cere-
ris qui cum facibus ad extremam las-
fationem currebant uel potius de pa-
lestritarum more translatum est. Ci.
ad Herennium libro quarto. Non. n.

quemadmodum in palæstra qui tēdas ardentem arripit celerior est in cursu continuo quam
qui tradit: ita melior imperator nouus qui accipit exercitum quam ille qui decedit: propte-
rea quod defatigatus cursu integro facem. hic peritus imperator imperito exercitum tradit.

Vin tu gaudere relicto. Vis ne libenter assumere quicquid reliquerim qui pro mercurio
tibi sum diuitiarum lucrique deo. Deest aliquid summe. Hæredis uerba uel patrimonium
imminutum conquerentis: uel nunquid e summa desit interrogantis. Minui mihi. Respō-
det sibi ipsi quodcumq̃ deest imminuisse. Verum si ei quod superest relinquit. desistat quæ-
rere quod olim sibi a fraio legatum sit fœnoris. accedat merces hinc exime sumptus: dicta
parentum ad filios cum admonent ne patrimonium minuant. sed integra semper sorte ex
mercede fœnoris sumptus faciant. Reliquum: cum heres interrogasset quid reliqui foret
illi indignans: famulū lautiorē copiosiorēq̃ uictū pare iubet. Stauit. n. geniū suū non de-
fraudat quo luxurios. hæres uiuat. fixa fūosū sinciput aure. ad fumariū appēsū sinciput:
quod est anterior capitis pars aures tēporaq̃ complectens. Neq̃ uero in porco solum: sed & i
homine dicitur. Apollinaris ad ualerium maioranum partemq̃ cerebri Hic galeæ cū pte ra-
pit: fortiq̃ lacerto Disiicit ancipiti miserabile sinciput ense.

Largior: an prohibes: dic clare: nō audeo iquis
Exossatus ager iuxta est. age si mihi nulla
Iam reliqua ex amitis patruelis nulla proneptis.
Nulla manet patruī sterilis matertera uixit
Deque auia nihilum superest: accedo bouillas
Cluuiūq̃ ad uirbi præsto ē mihi manius hæres
Progēies terræ: quære ex me quis mihi quart?
Sit pater haud propte: dicā tamē adde ēt unū
Vnum etiam: terræ est iā filius: & mihi ritu
Manius hic generis ppe maior auunculus exit
Qui prior es cur me in decursu lampada poscis
Sū tibi mercurius: uenio deus huc ego ut ille
Pingitur an renuis? un tu gaudere relicto?
Deest aliqd summe nūmi mihi: sed tibi totū ē
Quicquid id ē: ubi sit fuge quærere qd mihi
Legarit stadi? neu dicta repõe paterna. quodā
Fœnoris accedat merces: hinc exime sūptus.
Quid reliquū ē: reliquū: nūc nūc ipēsū unge
Vnge puer caules: mihi luce festa coquetur
Vrtica: & fixa fumosum sinciput aure:

Vt tuus iste nepos: Ad se ipsum in secunda persona cum indignatione maiore loquitur. Ne-
pos autem propterea luxuriosus & prodig' dicitur. quod sub auo educari solutiorem delica-
torem que uitam degunt. Hora. Discinctus aut perdam nepos. Satur anseris extis sapietio
res: ut Pli. x. libro refert: iecur anseris probauerunt fartilibus que in magnam amplitudinem
crefcit. Exemptum quoque lacte mulo augetur. De eo Horatius: Pinguibus & siccis pastum ie-

Vt tuus iste nepos olim satur anseris extis
Cum morbosa uago singultiet inguine uena
Patriciæ immeiat uulvæ mihi trama figuræ
Sit reliqua: ast illi tremat omento popa uenter
Vende animâ lucro mercare: atq; excute solers
Omne latus mundi: ne sit præstantior alter
Capadocas rigida pingues pauisse catasta.
Rem duplica: fecit iam triplex: iam mihi quarto
Iam decies: redit in rugam: depinge: ubi sistam
Iuentus chryssippe tui finitor acerui:

A. Persii Flacci Satyrarum finis

Magister antonius zarotus Mediolani impressit
M. CCCC. L. XXXiiii.

Trama enim filum est: quod intra stamen discurrit. Staminis autem fila preciosiora quam
tramæ sunt. Omentum uero membrana tenuis est: quæ intestina contegit. Popa autem pigue
significat: unde & popina deducitur: Nam quod a quodam scribitur panem e: quo sacerdo-
tes: uel eorum ministri uescebantur: unde & pompeianu unguentum dicitur: fide caret. Pom-
peianum enim a popea Neronis uxore appellari. Pli. testi: monio: uolumine un decimo planu
est. At enim. Crassissimum asinæ lac' ut coaguli uice utantur. conferre aliquid et candori in
mulierum cute existimatur. Popea certe Domitii Neronis coniunx quingentas per omnia se
cum foetas trahens balnearum etiam solio totum corpus illo lacte macerabat: extendi quoq;
cutem credens. Item. viii. & xx. cutem in facie erugari & tenerescere & candorem custodiri la-
cte asinino putant notumque est quasdam quotidie septingentarum custodito numero foue-
re Popeaque hoc uxor Neronis principis instituit: his quoque luue. accedit. aut pinguis pope-
ana spirat: & hinc miseri uiscantur labra mariti. Vende animam lucro: hæc ab eodem non
sine stomacho dicuntur qui demens ut patrimonium grande relinqueret: multos labores pe-
riculaque pertulerint. Ne sit præstantior alter: Capadocas rigida pingues clausisse cata-
sta. Ne uenaliu seruorum alter maiorem gregem possideat. Catasta autem locus erat: ubi feru-
uiales exponebantur: a uerbo græco catasto. quod expono significat: appellata: Papini in sil-
uis. Non te barbaricæ uersabat turba catasta. Tibullus. Nota loquor regnu ipse tenet que
sæpe coegit barbara gypatos ferre catasta pedes. Pli. y. & xxx. Talem i catasta uidere chrysozo-
nu syllæ: Cappadocia uero Solino auctore pôtica regio est: que læuo latere utraq; armenias
commageneq; tangens: dextro multis asiæ populis circumfusa ad tauri iuga & solis ort' attol-
litur. Appianus uero minoris armenia præ: ptolomæ ipsam minore armeniam esse scribunt.

Iam decies redit in rugam iam rem decies geminaui: neq; tamen cupiditati modum adhibui
Depinge ubi sistam inuentus chryssippe tui finitor acerui: nescius auariciae suæ finem impo-
nere Chryssipum rogat: quo tandem in numero diuitiarum consistat. Chryssippus uero apol-
lonii solensis siue tarsensis filius Cleantis zenonisque auditor: ut refert laertius: undecim &
trecenta uolumina in logicis scripsit: in quibus omnia ad eam artem spectantia & conseruauit
& diligenter absoluit. Ob quod ait sui acerui: hoc est, dialecticorum librorum cumuli fini-
torem Chryssippum repertum esse.

cur anseris albi. Inguine uago: ab in-
guinis uicinitate inguen pro mēbro
uirili ponitur Vagum autem dicēdo
rem turpem honesto uocabulo conte-
gens maronianum illud expressit. lā
primū satis hic libidinos' alternis &
eūdo & exeundo porta te faciet patē-
riorē. Morosa uēa: cū pprie uēa sit
p quā sanguinis riuus meat: qā tamē
per penem quoque genitura trāscure
rit: genitalis feminis iter in inguine
uenam denominat: quod plane p' sin-
gultum expressit. Nam ut singultuūt
fauces ita quoque genitura fluēte sin-
gultire uidetur penis. Morosam autē
dicens: id mutoni: quod est hominis i
amore uerita & negata petētis dedit.

Patriciæ immeiat uulvæ cum gene-
rosa & nobili foemina coeit. Mihi
trama figuræ sit reliq; ast illi tremat
omento popa uenter: sensus ē: ut ego
parcius uiuens emicream: eo per lu-
xum pinguescente: sibi enim tramā
hoc est uiliora obsonia reliqui dicit.

Ecce facis Saxette carissime: qui ita diligenter studiis nostris incumbas ut etiã minutiora quæque perpendas. Quod si reliqui facerent studiosi Latinæ liguæ non in tantis ignorantia tenebris uersarentur. Quæfisti ex me sepius. ut quædam mensurarum uocabula annotarem. Quæ sane aliquandiu ob innumeras occupationes a me dilata: nunc in unum collecta plura etiam quam petieras ad te mitto: ut tarditas temporis: ubertate muneris compesetur. Mensura proprie ea est: quæ a membris hominis sumpta est: sed eius quoque appellatione continetur: quicquid pondere capacitate. longitudine: latitudine: animoque finitur. Verum ea. quam ex me quæris: plurimum & inter se æqualium interuallorum mensura determinatur. Mensurarum autem appellationes sunt. Digitus: Vncia: Palma: Sexta: pes: Cubitum: Passus: Decempeda: Clima: Aclus: Iuger: Stadium: Miliare: Centuria: Digitus est minima mensurarum infra quem si quid dimetiatur: partibus respondemus: ut dimidiam tertiam quartamue digiti partem. Digitorum porro obseruatio duplex est. Quadratus enim dicitur & rotundus: sed cum simpliciter appellamus: rotundum accipimus: quicquid est sextadecima pedis pars: tribus quartisdecimis suis quadrato minor. Vncia uero digitum unum & eius tertiam partem habet. Nam duodecim uncias pes integer diffinitur. Palmam duplicem esse reperio extensam scilicet & compressam. Extensa est quantum expansa manus a pollice ad minimum se extendit: quæ quidē est duodecim digitorum. Compressa quantum digiti quattuor simul iuncti excepto pollice se expandunt: uerum palmam simpliciter nominantes de compressa intelligimus. Sexta digitos duodecim continet: eandem enim mensuram: quam extensa palma complectitur. Pes uero est sexdecim digitorum. Ex pede autem & semis cubitum fit. Ex pedibus quinque passus: quanquam & spacium illud quod interambulandum est inter pedes: passus etiã nuncupatur: dictus quod gressibus mutuis pedes patefunt. Decempeda ex pedibus decem constat: Vnde etiam nomen sumpsit. Sex uero decempedæ. clima reddunt: quod quoque uersus pedum est sexaginta. Aclus dicitur quod in eo boues agerentur: cum araretur uno impetu iusto: qui erat centum uiginti pedum. Tris autem aclus esse reperio: minimum: quadratum & duplicatum. Minimus quattuor pedes patet: quod spacium in agris erat inter uicinos. Quadratus undique centum uiginti pedibus præfinitur. Quadratus duplicatus iugerum præstat: dictum quod ex duobus quadratis acibus sit iunctum. Vel ut Varroni & Plinio placet: quod id spatium uno iugo bouum in die arari posset. Protenditur itaque iugerum in longum pedes ducentos & quadraginta: in latum uero centum uiginti. Stadium passibus centum uiginti quinque describitur. Miliarium stadia octo hoc est passus mille complectitur: Centum iugera primo centuriam faciebant. Vnde nomen quoque sortita est: mox ex ducentis iugeribus seruato nomine expleuerunt. Neque uero me præterit in re militari centuriam: centum militum numerum continere & centurionem appellari qui illis præest: subcenturiatosque dici milites non primæ sed secundæ centuriæ: ubi ad insidiandum maxime loquebantur. Ex quo in subcenturiis quasi in insidiis quempiam positum appellamus. Centuriarum quoque aduerbium: quod abundante copiamque designata centuriis. quæ in comitiis ferebant suffragia deriuatur. Vnde & centuriata comitia. Cæterum mensuris omnibus quanto breuius fieri potuit explicatis breui quoque ponderum uocabula enarrabo: nequid honesto studio tuo desit. Ponderum omnium minimum siliqua est: quod granum ex ea e siliqua: quam fabam græcâ nuncupamus. Sex autem siliquæ scrupulum faciunt qui & obolus nuncupatur: quem nos pennum denarium dicimus. Est uero quarta & uigesima uncia pars. Supra obolum drachmâ ponimus: quæ ex scrupulis tribus constat. Sextula autem ex quattuor: sic dicta quod sexta sit pars uncia. Hanc quodam tempore uetustiores denarium appellauerunt. Denarius enim tunc argenteus nummus erat ponderis siliquarum quattuor & uiginti: quanquam proprie denarius decem assium pondus constat. Atque hæc erat apud antiquos minima æris signati pars supra & sextulam semunciam legimus: dimidium uncia continentem. Vncia ab uno denominatur: quod ex duodecim ea unica est pars assis: uncia duæ. Sextans: quasi sexta pars assis nuncupatur. Quadrans: quarta pars: hoc est tres uncia: qui & triuncium quoque dicitur. Triens tertia pars assis. Quincunx uncia quinque. Semis dimidium assis. Septunx septem uncia. Bes uncia octo: quasi des dempto triente ex asse. Drans dempto quadrante nouem uncia: quem & nonuncium dicimus. Dextans: decem uncia dictus quia assis deest sextans. Deunx undecim uncia. quasi una uncia ex asse depta: Indes ex duodecim uncias constat mina a græcis: mina a nostris interpositiōe libræ appellatur

Hunc & libram dicimus: cuius diminutium libella. A qua & deliberare: quia quid p
 peditur tractū est. Libellæ diminutiū ē sembella: quæ semis assis erat: supra assē erat dupon
 dus: libræ duæ a duobus ponderibus. pondus enim & pondo assis pondere dicebatur: unde
 & unum pondus est assipondium appellatum. Ultra dupondium est sestertius libræ duæ
 & semis: dictus quasi semistertius: hoc est post duos sequens tertio loco semis: quia enim fie
 bat ex duobus assibus: & tertio semisse: sestertium ueteres uocauerunt: auctores sunt Varro Fe
 stus uictruius & cæteri doctiores quos ego testes rei tam notæ nō adduxissem: nisi apud Lā
 pridium in heliogabalo comperissem. Sextertia cētum libras. xxx. argēti esse: sed parum ido
 neus auctor est cui credere debeamus: nisi forsan eius æuo erant eiusmodi pondera immuta
 ta. supra sestertium tressis a tribus assibus dicitur. ut apud Persium tressis agaso. Octus
 quoque ac nonus: dextrisq; reperitur octo nouem ac decem asses. Decussē uero denari
 um & a. x. assibus nominarunt. A duobus deinde decussibus bicessis. i. xx. asses. a trib⁹ trices
 sis. xxx. asses Persius & centusse utitur: ut & centum græcos curto centusse licetur. Erant au
 tem centusse centum asses: qui erant breues ex ære nummi: supra centussem maius æris uoca
 bulum non habemus. Nam ducentos tricentos: quadrigentosue cum dicimus nō magis asses
 quā denarios: aut alios nummos significamus. Infra uero talentum est cuius uarie species cū
 pondere: tum materia extiterunt. Nam secundum diuersas gentes: diuersi quoq; ponderis in
 uenitur. Verum quod celebrius est: atticum maius & minus talentum extat. Minus assib⁹. lx
 Maius tribus & octoginta & triente describitur: licet aliqui octoginta tantum assium extitisse
 se contendant. Plin. maior talentum atticum ex Varronis sententia sexdecim sestertiis taxari
 scribit. Cui si credimus librarum erit quadraginta. sed hæc de pondere. Materiam uariam ex
 titisse grauissimi attestantur auctores: nam non solum aurum: argentum: ex hoc pōdere æsti
 mati comperimus sed ferrum etiam & alumen Curtius enim candidi ferri talenta centum &
 Herodotus aluminis mille talenta scribit: hæc sunt mi saxere quæ breuiter de mensuris: pō
 deribusque collegi: si qua in re alia tibi usui esse possum omne meum studium tibi paratissi
 mum semper erit. Vale.

VITA PERSII.

ERSIUM aggressuro i primis necessarium uisum est eius uitam ac satyræ breui
 oratione percurrere. Aulus Persius Flaccus patre Flacco: matre fuluia olympiade du
 centesima tertia imperate Tyberio uolateris: ut Eusebius: ut ipse de se scribi Lunæ
 potius datus natus ē. Mediocri autem statura insigni forma: probatis moribus: ingenio & do
 ctina præstanti fuit. Prima adolescentia patre mortuo. Qu. Remnium Palæmonem gramma
 ticum uicentinum audiuit. Mox rhetoricæ sub Virginio Flauo icubuit. Inde se ad Cornuti
 philosophū conferens: familiariter secum ad interitum usque uixit. Anno uero etatis nono
 ac uigesimo regnante Nerone interiit unum hunc satyrarum relinquens: librum in quo ue
 re laudis plurimum meruit. Satyra uero carminis genus uariis rebus refertum est: quod fere
 idem: quod comœdia uetus est. Nam cum in cōpitiis ociosi diebus festis operarentur antiqui
 incultum a crude carmen crudam priscam comœdiam inuenere in qua primum bonos lau
 dare: postteriam malos nominatim carpere assuerunt. Sed cū indies maiore inscribendo licen
 tia uteretur: cautum est lege: nequis eiusmodi carmen describeret. Ex quo ueteri sublata no
 ua comœdia emanauit: ætatis cuiusq; mores & personarum affectus continens. Sed ad comœ
 diæ ueteris formam paulatim satyra hæc irrepsit: in qua sine ulla proprii cuiusquam nomi
 nis mentione uitia hominum notarentur. Priscum uero satyræ genus tam latinū q̄ græci ex
 coluerunt: sed hæc noua satyra latinorum est in qua Lucilius maximam primus laudem ob
 tinuit. Satyræ autem quæ a satyra lege multis aliis conferta legibus: unoq; rogatu multa &
 uaria cōplectente: uel a satyra cibi genere diuersis rebus condito: uel a lance satyra: quæ mul
 tis generibus primitiarum referta sacris adhibebatur: quidam appellatam existiment. melio
 res tamen auditores a siluestribus satyris in uetere fabula institutis nominauere. Verum his
 breuiter de poetæ uita ac satyra enarratis explanationem ipsam aggrediamur:

REGISTRVM.

- a Prima alba nec fonte uel duo
- b illum claudere diligens
- c Sed a si an tali erat. Prop
- d Egregium laribus consequendum
- e commendaret ita

Jac 303





